

QVÆSTIO VIII.

*Quid sit votum reale, personale,
& mixtum?*

Respondeo dicendum quod votum *Reale*, est illud, quo promittitur res externa. *Personale*, quo promittitur actio, vel ommissio, quæ ad solam attinet personam. *Mixtum* verò, quo vouetur, aut promittitur vtrumque, nempe rem externam, & actionem, v.g. peregrinationem, & eleemosynam. Sic omnes communiter. Legantur Lessius *lib. 2. cap. 40. dub. 3.* Suarez *lib. 2. cap. 12.* Bonac. & Tamburin. *locis citatis.* Prado *cap. 31. de voto, quest. 3. num. 10.* & nos *supra tract. 1. disp. 16. §. 4. q. 71.*

QVÆSTIO IX.

*Quid sit votum affirmatiuum:
quid ve negatiuum?*

Respondeo dicendum, quod votum *affirmatiuum* est, & dicitur illud, quo promittitur aliquid positium, v.g. eleemosyna. *Negatiuum* verò, quo promittitur aliquid negatiuum, v.g. Abstinencia à carnibus. Vel vt alij explicant; *Affirmatiuum* est, quo vouetur aliquid faciendum: *Negatiuum* verò, quod fit de non faciendum aliquid. Sic communis. Legantur Authores citati, & Raphael de la Torre *art. 3. disp. 8. n. 1.* Azorius *lib. 11. cap. 14. fine.*

QVÆSTIO X.

*Quid sit votum perpetuum; Quid-
ve temporale?*

Respondeo dicendum, quod votum *Perpetuum* est, & dicitur illud, quod durat, vel vsque ad vitam vouentis, vt est v.g. votum de eleemosyna singulis Sabbatis totius vitæ facienda. Vel in perpetuum, etiam post vitam vouentis; vt est votum ædificandi Monasterium, vel Hospitalale, in quo perpetuò alantur Religiosi, vel Pauperes, &c. *Temporale* verò, dicitur, & est illud, quod durat solum, vsque ad certum tempus, vt v.g. votum ieiunandi omnibus sextis Feriis vnus anni. Sic omnes. Legantur Suarez *lib. 2. de voto, cap. 12. n. 8. & 9.* Bonac. Tambur. Prado, & alij locis citatis.

QVÆSTIO XI.

*Quid sit votum reseruatium; Quid-ve,
non reseruatium?*

Respondeo dicendum, quod votum *reseruatium* dicitur, & est illud, in quo immediatè Prælati non habent facultatem dispensandi, aut commutandi. *Non reseruatium* verò in quo hanc facultatem habent. Vnde constat, hanc voti partitionem, cum detur in ordine ad dispensandum, & commutandum, valde accidentariam esse, cum reseruatium accidat voto ex voluntate superioris non concedentis potestatem dispensandi in illo. Sic omnes. Legantur Suarez *num. 9. citato,* & alij Authores, vbi supra,

R. P. Leand. in Decal. T. II.

QVÆSTIO XII.

*Quid sit votum publicum; Quid-ve
occultum?*

Respondeo ex dictis *quest. 3.* Quod votum *Publicum* dicitur illud, quod in publico fit. *Occultum* verò, quod in occulto.

QVÆSTIO XIII.

*Quid sit votum expressum: Quid-ve ta-
citurum, vel, quod idem est, Quid ex-
plicitum; Quid-ve implicitum?*

Respondeo dicendum, quod votum *Expressum*, seu *Explicitum* est illud, quo quis Deo se expressis verbis obligat. *Taciturum* vero, seu *Implicitum* est & dicitur illud, quod non fit verbis expressis, sed fit aliquid, cui est annexum votum. Tale est votum castitatis, quod emittitur ab illis, quia sacris Ordinibus initiantur. Nam ex constitutione Ecclesiæ, qui ad hos Ordines promouentur, manent voto Castitatis adstricti. Sic omnes. Legantur Azor, *cap. 14. cit. quest. 2.* Bonac. *disp. 4. quest. 2. punct. 2. n. 1.* & Caramuel *in Reg. S. Bened. disp. 56. concl. 7. num. 997.* vbi ita ait: Votum implicitum & expressum differunt modaliter, hoc est, solum in expressione. Ratio est, quia sunt de eodem obiecto, & sub obligatione ipsissima: vnde eodem tenemur modo seruare obedientiam, paupertatem, & castitatem; licet illam expresse vouerimus, & has implicitè. Sic ille.



DISPUTATIO III.

De obligatione voti.

QVÆSTIO PRIMA.

An sit peccatum, vota non implere?

NEGARVNT quidam, loquentes de voto ingrediendi Religionem, qui docebant, huiusmodi votum posse quem non implere, absque detrimento salutis.

Sed de fide certum Respondeo, esse peccatum. Sic constat ex Eccles. 5. *Quodcumque voueris, redde.* & Psal. 75. *Vouete, & reddite Deo;* & ex cap. *Magna, de voto.* Probat. Quia iuramentum promissorium obligat sub peccato ad sui adimpletionem, vt constat ex dictis tota *disp. 7. §. 4. à quest. 24.* ergo & votum, cum hoc promissionem claudat. Sic docent omnes Catholici. Legantur D. Thom. 2. 2. *quest. 88. art. 3.* & *quodlib. 3. art. 11. & Opusc. 18. cap. 12.* Bellarmin. *lib. 2. de Monach. à cap. 16.* Medina *lib. 4. de continentia sacerdot. controu. 7.* Suarez *lib. 1. de voto, à cap. 1. & lib. 5. cap. 3. & art. 5. disp. 4.* Prado *cap. 31. de voto, quest. 4. §. 1. num. 1.* & alij.



QVÆSTIO II.

An ex genere suo sit mortalis
votorum violatio?

Respondeo tanquam de fide certum: esse mortalem. Sic colligunt omnes Theologi ex illo Prouerb. 20. *Ruina est homini deuorare Sanctos, & post vota retractare.* Et ex Paulo 1. ad Timoth. 5. *Habentes damnationem quia primam fidem* (id est, promissionem prius datam) *irritam fecerunt.* Sic colligitur ex Innocen. III. cap. licet, de voto: dicente ita necessariam esse solutionem voti, vt sine dispendio propriæ salutis prætermitti non possit. Sic omnes. Legantur D. Thom. in 4. dist. 38. quest. 1. art. 3. Suar. lib. 5. de voto, cap. 4. Raph. de la Torre quest. 88. art. 5. disp. 5. & nos supra tract. 1. disp. 9. quest. 1. & sequentibus.

QVÆSTIO III.

An, voti transgressio, sit contra primum
præceptum primæ Tabulæ?

Negant quidam DD. existimantes, huiusmodi peccatum esse contra secundum præceptum primæ Tabulæ. Quia, qui non implet votum, re ipsa facit, vt Dei nomen in vanum assumptum fuerit: nam per votum, nomen Dei assumitur, & votum vanum redditur, cum non impletur. Sic Angel. v. interrogationes, circa 2. præcept. Nauarrus etiam cap. 12. in principio, qui citat Concilium Colonienſe in explicatione secundi præcepti. Sayrus in Clau Reg. lib. 5. cap. 1. n. 3. vbi pro se refert Catechismum Colonienſ. & Romanum in explicatione secundi præcepti. Nauarrumque loco cit. Philarticum de offic. sacerdot. p. 2. lib. 3. cap. 4. Barthol. de Medina lib. 2. cap. 14. lib. 3. pag. mihi 70. & alios communiter. Ita etiam tenet Bonac. tom. 2. disp. 4. in principio, & in id videtur inclinare Suarez lib. 5. de voto, cap. 4. num. 2. Qui etiam bene citat pro hac parte Catechismum Romanum in explicat. 2. præcepti, quidquid dicat Prado, se id ibi non inuenire. Inueniet certè si legat illū n. 12. vers. Primum itaq;

Alij contrà affirmant hoc peccatum esse contra primum præceptum, quod est de latria Deo soli exhibenda: quia votum continet cultum latriæ. Sic D. Thom. quodlib. 3. art. 12. & 1. 2. quest. 100. art. 4. Quem citat, & sequitur Prado cap. 31. de voto, quest. 4. §. 1. num. 3. necnon Ioann. à S. Thoma 2. 2. quest. 88. disp. 29. art. 8.

Sed ego Respondeo dicendum, quod licet vtraque sententia sit æquè probabilis, prima tamen sit conformior doctrinæ traditæ à nobis tract. de iuramento.

QVÆSTIO IV.

An, votum queat obligare, urgente di-
uino, aut humano præcepto?

Respondeo tanquam certum, quod non. Quia votum debet esse de re bona, & virtuosa: atqui agere contra mandatum Dei, aut alterius legitimi superioris, est contra virtutem: ergo. Sic D. Thom. 2. 2. quest. 88. art. 8. ad 1. & omnes Theologi.

QVÆSTIO V.

An, violatio voti possit esse venialis, ex
surreptione, seu indeliberatione?

Respondeo tanquam certum: Posse esse venialem. Probat. Quia propter indeliberationem potest omnis culpa, etiam venialis, excusari, vt patet si ex motu primo id contingat, vt constat ex dictis disp. 1. §. 1. ergo pari ratione poterit impediri culpa mortalis, & relinqui venialis: quia potest esse aliqualis negligentia, vel libertas ita imperfecta, quæ ad culpam leuem, non tamen ad grauem sufficiat. Sic omnes. Legantur Suarez lib. 5. de voto, cap. 4. num. 4. Raph. de la Torre 2. 2. q. 88. art. 5. disp. 5. num. 4. & constat ex dictis à nobis §. 1. citato.

QVÆSTIO VI.

An, etiam possit esse venialis violatio vo-
ti, ex leuitate materiæ; etiam si cum
sufficiente deliberatione fiat.

Negant communiter omnes Authores, qui de iuramento promissorio id negant, quos relictos reperies tract. 1. de iuram. disputat. 8. §. 4. quest. 33.

Sed probabilius Respondeo, posse esse venialem. Quia probabilius esse diximus, loco cit. iuramentum promissorium posse esse veniale, ratione paruitatis materiæ. Et ratio vtriusque est, quia in moralibus parum, quasi nihil reputatur: hæc generalis regula, etiam in iuramento promissorio, & voto, locum debet habere, eo quod ommissio fidelitatis in re parui momenti, non est grauis iniuria. Sic tenent omnes DD. qui de iuramento promissorio id sentiunt, vt fatetur Suarez lib. 5. de voto, c. 4. num. 5. quos citavi quest. 33. vbi supra. Sic etiam Raphael de la Torre disp. 5. cit. n. 4. & 5. Legantur dicta à nobis loco cit. vbi alia, quæ hic desiderari possunt, inueniuntur.

QVÆSTIO VII.

An possit fieri votum in materia graui,
quod non obliget ad culpam ullam, sed
solum ad pœnam, ex intentione vo-
uentis?

Affirmant aliqui, eo quod lex non plus, nec aliter obligat, quàm intendit legislator: ergo, nec votum obligabit, plus, aut aliter quàm vouens intendit, & vult: ergo si per votum non velit se obligare nisi ad pœnam solam, ad illam tenebitur. Ita tenuere noster Henricus de Gandauo quodlib. 1. quest. 21. num. 5. Henricus Henriquez lib. 5. cap. 21. num. 5. & Barthol. à S. Fausto lib. 1. thesauri, q. 126. & Suarez lib. 4. cap. 4. num. 1.

Alij contrà negant, existimantes non posse quem votum emittere de re graui, quod non obliget ad culpam, sed solum ad pœnam. Ita sentiunt Authores tenentes non posse dari votum de re graui quod non obliget ad mortale, etiam si vouens aliud velit. Quos infra dabimus.

Sed

Sed probabilius, & clarius explicando Authores primæ sententiæ; Respondeo dicendum, quod licet vouens possit se obligare ad solam pœnam, vt docent Authores dicti: tunc tamen non erit verè & propriè votum de re promissa, sed de sola pœna; esset namque perinde ac si vouens diceret: *Promitto mille aureos Pauperibus si lusero*: obligatio enim tunc solum in pœnam cadit. Sic Sanch. lib. 1. de matrim. disputat. 9. num. 6. & lib. 4. Decal. cap. 1. num. 30. & ex illo Portell. v. voti natura, num. 4.

QVÆSTIO VIII.

An etiam, casu, quo materia voti sit grauis, possit quis votum emittere & illud sua intentione limitare, vt solum ad culpam venialem, & non ad mortalem, obliget?

NEgant quamplures Doctores, existimantes id non esse in potestate vouentis. Probant *Primò*. Quia obligatio voti, est de lege naturali, licet in fieri pendeat ab homine liberè vouente: sed obligatio legis naturalis, semper est iuxta materiæ grauitatem: ergo obligatio voti non potest esse leuis, posita materiæ grauitate. *Secundò*. Qui iuramentum præstat in materia graui, nequit coarctare eius obligationem ad culpam venialem: ergo neque qui votum de re graui emittit. Ita Sotus lib. 7. de iust. quæst. 2. art. 1. Corduba in sum. 9. 188. pun. 1. Vasquez 1. 2. disp. 158. Basilius Pontius lib. 12. de sponsal. cap. 2. num. 12. Montefin. 1. 2. disp. 23. de legib. qu. 9. num. 159. Quos omnes refert & sequitur Martinez de Prado cap. 31. de voto, qu. 4. §. 2. num. 8. Raph. de la Torre 2. 2. quæst. 88. art. 5. disp. 6. num. 4.

Sed probabilius Respondeo; posse vouentem, in materia graui, se obligare ad solam culpam venialem. Probat. Quia legislator potest pro suo arbitrio, & intentione, obligare in materia graui, solum sub culpa veniali: ergo & vouens emittendo votum in eadem materia graui. Consequentia patet, quia votum est quædam lex priuata: ergo id poterit facere vouens, dum sibi talem legem imponit. Antecedens vero docent Castro lib. 1. de lege pœnali, cap. 5. Nauarr. cap. 23. num. 49. & alij, quos sequitur Prado loco citat. num. 7. & ideo hanc sententiam amplectitur Suarez lib. 2. de legibus, c. 27. & lib. 4. de voto, cap. 4. num. 4. Sanchez lib. 1. de matrim. disp. 9. num. 6. & lib. 4. Decal. cap. 1. n. 30. Molina de iust. disp. 262. num. 8. & 12. Nauarr. loco cit. Bonac. disput. 4. de voto, quæst. 2. punct. 5. §. 4. n. 7. Henriquez, & Barthol. à S. Fausto citati quæst. 7. Filliuc. tract. 26. cap. 3. n. 80. Castro Palao disp. 1. de voto, punct. 11. num. 4. Trullench lib. 2. cap. 2. dub. 12. num. 6. Villalobos tract. 34. diff. 1. num. 6. & diff. 4. num. 1. Diana part. 3. tract. 6. resol. 91. vers. Hinc deducitur primò. Portel in dub. Regul. v. voti natura, num. 4. Basilius votum 3. num. 4.

Ad argumenta contraria benè respondet cum alijs, Palaus dicendo ad primum, quod licet promissionis obligatio oriatur ex lege diuina & naturali, hoc tamen fit dependenter à voluntate promittentis, quæ cum solum sit ad venialem culpam, lex diuina ad illam solum obligabit.

Ad secundum respondet negando paritatem. Nam iuramentum consistit in adducendo Deum in testem, seu fide iussorem, quod cum non fulci-

piat magis, nec minus, eius obligatio ex voluntate iurantis mutari non potest: At votum, cum formaliter consistat in voluntate se obligandi ad rem, quam asseris futuram, exequendam, & in obligatione sit magis, & minus, potest ex intentione promittentis leue esse; estò materia grauis sit. Sic ille.

QVÆSTIO IX.

An etiam, è contrà, casu, quo materia sit leuis, possit vouens, ex sua intentione, obligari ad mortalem?

Affirmandum videtur. Quia legislator pro suo libito potest imponere alijs obligationem sub mortali, in materia leui, vt docent aliqui Authores, quos, loquendo de legislatore Ecclesiastico, sequitur Sayrus in Clani Regia lib. 3. cap. 7. num. 17. Atqui votum est quædam lex priuata, quam vouens imponit sibi: ergo eodem modo potest in materia leui se ad mortale obligare. Et ideo ita tenuit (vt refert Diana) Fagundez præc. 2. Eccles. lib. 9. cap. 3. num. 13.

Sed vt probabilius longè Respondeo: Non posse vouentem se ad mortale obligare in materia leui. Probat. Quia, probabilius longè est quod nullus legislator, etiam Ecclesiasticus, possit in materia leui obligare, sub mortali; vt docet Sanchez lib. 1. in Decal. cap. 4. num. 4. & lib. 4. cap. 12. num. 6. cum Driedone, Castro, Valentia, Corduba, Azorio, Metina, & Salonio: eo quod talis intentio esset iniqua, & iniusta, vt potè rationi dissona: ergo similiter, nec vouens poterit se obligare ad mortalem culpam in materia leui. Quia talis voluntas, vt irrationabilis non acceptaretur à Deo. Et ideo sic docent Sotus lib. 7. de iust. quæst. 2. art. 1. col. 3. vers. Per hæc. & lib. 8. quæst. 1. art. 7. dub. 1. Corduba in sum. quæst. 188. punct. 1. vers. Ni tan poco. Petrus de Ledefina tom. 2. sum. tract. 10. cap. 3. dub. 2. Quos sequitur Sanchez lib. 1. de matrim. disputat. 9. num. 6. & lib. 4. Decal. cap. 1. num. 30. & cap. 12. num. 6. Diana part. 3. tract. 5. resol. 24. circa med. & par. 5. tract. 5. resol. 50. vbi pro contraria sententia citat Stephanum Fagundez. Sed certè hic Author postea lib. 2. Decal. cap. 15. num. 11. oppositum his verbis docet: Et hæc tertia sententia, ita vera est, vt quamuis vouens, aut promittens se vellet obligare sub mortali in materia leui, quæ semper est leuis, & modica, neutiquam posset: quia nec legislator, si de ea daretur præceptum, posset in materia leui, obligare sub mortali. Hæc Fagundez. Sic etiam Ioan. Sancius in selectis disput. 15. num. 15. Vasquez in 1. 2. tom. 2. disp. 158. cap. 4. num. 34. Villalob. tom. 2. tract. 34. diff. 3. & Suarez lib. 4. de voto, cap. 4. num. 20. vbi id solum vt quid probabile sustinet, licet num. 15. citet pro opposito Cordubam eod. loco, quo citat Sanchez pro se. Certè Corduba vtrumque sentit probabile. Raph. de la Torre quæst. 88. art. 5. disput. 6. num. 8. Prado cap. 31. quæst. 4. §. 3. num. 36. dicens oppositum falsum. Ioan. à S. Thoma 2. 2. quæst. 88. disp. 29. artic. 8.

QVÆSTIO X.

An, qui generaliter proposuit, intentionem suam esse, nunquam se per votum obligare, nisi ad veniale; si postea voueat in materia graui oblitus illius propositi, censeatur solum ad veniale se obligare?

Negabunt, & à fortiori omnes Authores primæ sententiæ *quæst. 8.* citati; & expressius negat Prado, ibi citatus.

Sed probabilius Respondeo solum censeari esse ad veniale obligatum; dummodo dictam illam suam intentionem, & propositum, vel in particulari, vel in generali, non retractauerit, aut reuocauerit. Quia in dicto casu, permanet illa prima intentio, quæ permanente, iuxta nostram doctrinam, limitat votum ad veniale. Sic Sanchez *lib. 4. Decal. cap. 8. num. 17. & cap. 11. num. 4.* ex Petro Ledesma *tom. 2. summa, tract. 10. cap. 2. dubitat. 5.* Bonacina *disputat. 4. de voto, punct. 5. §. 4. num. 8.* Trullench. *lib. 2. Decal. cap. 2. dub. 12. num. 6.*

QVÆSTIO XI.

An, ex multiplicatis transgressionibus circa materiam leuem, contingat, committi peccatum mortale?

Affirmant plures Doctores. Negant contra plures alij omnes probabiliter valde. Sed hos vltimos in praxi sequendos, diximus supra *tract. 1. de iuram. disput. 7. §. 4. quæst. 33. & 34. & quæst. 35.* vbi docuimus, non teneri sub mortali ad restitutionem, qui vouit erogare quotidie modicam elemosynam, & nunquam tale votum implet. Lege ibi dicta.



DISPUTATIO IV.

De materia, & fine voti.

§. I.

De materia voti.

QVÆSTIO PRIMA.

An materia voti necessario debeat esse bona?

RESPONDEO vt certum, debere esse. Constat ex definitione voti, in qua dicitur: quod votum debet esse de meliori bono: ergo. Sic omnes Doctores, præcipue citati supra *disputat. 1. §. 4. quæst. 24.* vbi

cum illis hanc explicuimus particulam. Lege etiam dicta à nobis *tract. 1. disp. 9. à quæst. 42.* vbi tractauimus, an votum contra bonos mores tam naturales, quàm ciuiles, tam contra leges ciuiles quàm Canonicas, &c. sit validum.

QVÆSTIO II.

An votum debeat necessario esse de bono possibili?

RESPONDEO vt quid certum: Quod sic. Quia ad impossibile faciendum non potest quis se obligare. Regula, *Nemo potest, de regul. iur. in 6. & l. impossibile, ff. eod. tit.* Sic omnes. Sanchez *lib. 4. Decal. cap. 5. num. 8.* Qui idem censet quando finis est impossibilis. Suarez *lib. 2. de voto, cap. 1. Palaus disput. 1. de voto, punct. 8. §. 1. num. 1.* Qui addit id verum esse, non solum loquendo de absolute impossibilibus; sed de illis, quæ comparatione promittentis impossibilia sunt; nam eo ipso non poterit promittens ad illa se obligare. Lege à nobis dicta *tract. 1. de iuramento, disp. 9. quæst. 12.* vbi latè tractauimus de hac re. Et an, sub hac materia impossibilium comprehendantur votum nunquam peccandi mortaliter; aut nunquam peccandi; aut nunquam peccandi mortaliter nec venialiter, &c. vbi item, an votum de re difficillima sit item comprehensum.

QVÆSTIO III.

An votum debeat esse de re bona, & honesta? & an possit esse de rebus præceptis?

RESPONDEO cum communi omnium dicendum, quod votum debeat esse de re grata Deo, cui votum fit, aliàs illam non acceptabit: atqui Deo non potest esse gratum, quod non est bonum & honestum, cum nequeat cadere in eius cultum, & obsequium: ergo. Sic omnes vt fatetur Palaus *disput. 1. de voto, punct. 8. §. 2. num. 1.* & de se patet, & amplius ex dictis *tract. 1. disput. 9. quæst. 12.*

Circa verò secundum, Respondeo vt quid certum, quod votum possit esse de rebus præceptis. Quia certum est quod opera præcepta sunt honesta, & ita grata Deo, vt opposita grata non sint: ergo sunt apta, vt Deo in cultum eius offerantur. Sic omnes. Legantur Palaus *disp. 2. de voto, punct. 8. §. 4.* & etiam dicta *tract. 1. disput. 9. quæst. 12. & sequentibus.*

QVÆSTIO IV.

An votum illius rei, ad quam ex præcepto tenetur vouens, sit propriè, votum, & addat nouam speciem necessario fatendam?

NEGAVIT Tabiena *in summa, verb. votum 1. n. 3. notab. 2.* vbi docuit fornicationem Sacerdotis, vel Religiosi, non addere circumstantiam specie diuersam à fornicatione, ac necessario non fatendam. Ratio eius est: quia votum illius rei, ad quam tenentur, non est propriè votum, sed confirmatio illius

illius, ad quod tenemur, vt clare docet D. Thomas: ergo consequenter non trahit ad aliam speciem, & non est de necessitate confessionis. Ita ille vt refert eruditissimus P. Amadæus in sua aurea Apologia *tract. de matrim. Propos. 13. pag. 361.* vbi ad longum refert verba Tabienæ, pro cuius sententia sunt alij mox citandi.

Sed, vt quid certissimum, Respondeo, & dictum, esse propriè votum, & per consequens, addere nouam speciem necessariò fatendam. Sic docet D. Thom. Sanchez contra dictum Tabienam, Gersonem, & Supplementum Gabrielis, *lib. 7. de matrim. disput. 27. num. 20.* Qui & probat sic. Nam cum altera obligatio sit ex lege naturali diuina, pertinens ad temperantiæ virtutem; altera autem sit ex voto, pertinens ad religionis virtutem, qua strictiori vinculo se obstrinxit vouens castitatem, quam iure naturali seruare tenebatur, & ad non ducendam vxorem, dicendum est necessariò duas esse obligationes speciè diuersas, ac proinde in transgressione duplicem reperiri malitiam. Sic doctissimus Pater, loquendo de speciali voto castitatis. Qui merito oppositam sententiam erroneam ex Castro appellat.

§. II.

De materia indifferenti, an sit apta voti.

QVÆSTIO V.

Quandonam materia voti dicatur, & sit indifferens?

Respondeo dicendum, quod res indifferens est, & dicitur illa, quæ ex se, nec bona, nec mala est: & cuius affectio, non magis est utilis ad vitam æternam consequendam, quam eius priuatio. Sic Sanchez *lib. 4. Decal. cap. 7. n. 1.* ex Riccardo *4. dist. 38. art. 1. quest. 3.* Angelo *votum 1. num. 4.* Syluest. *ibi, quest. 4. dicto 2.*

QVÆSTIO VI.

An, votum de re vt sic, indifferenti, sit validum, & obliget?

Respondeo vt certum dicendum, quod votum emissum de rebus indifferentibus; nec sit validum, nec obliget. Ratio est. Quia votum est actus religionis: ergo omnino desiderat materiam diuino cultui deseruientem: at res, aut actus indifferens, non sunt huiusmodi, cum ad minus honesti non sint: ergo. Sic D. Thom. *2. 2. qu. 88. art. 2.* Sanchez *loco cit. num. 2.* dicens id à nemine negari. Palaus *disp. 1. punct. 8. §. 2.* & alij, quos de eadem materia loquentes, citauimus *tract. 1. d. 9. q. 12.*

QVÆSTIO VII.

An votum de re, aut actu indifferenti emissum, indigeat dispensatione, aut commutatione?

Affirmant aliquialiter D. Anton. *2. p. tit. 17. c. 2. §. 4.* Angelus *votum 1. num. 5.* & ibi Syluest. *quest. 4. dicto 3.* quatenus putant, tutius esse pro-

pter reuerentiam petere dispensationem, seu declarationem à confessario.

Sed tanquam certum Respondeo minimè indigere dispensatione, aut commutatione: Quia tale votum (vt nuper est habitum) nec est validum, nec obligatorium: ergo nulla indiget dispensatione, &c. Sic Caiet. *2. 2. quest. 88. art. 2. dub. 5.* Sotus *lib. 7. de iust. quest. 1. art. 3.* Nauarr. *cap. 12. num. 39.* & alij, quos sequitur Sanch. *supra, num. 3.*

QVÆSTIO VIII.

An sit peccatum, votum rei indifferentis vt sic; emittere?

Respondeo vt certum: Esse peccatum: sed veniale tantum. *Prima pars* constat. Quia tale votum est de materia illegitima, & ad minus non bona: ergo nequit placere Deo, cum sit vana, & stulta talis promissio. *Secunda pars*, etiam patet. Quia licet hæc materia non sit apta voto, non tamen est iniuriosa Deo directè, & sic manet talis culpa leuis vanitatis. Sic Petr. *Ledesma tom. 2. tract. 10. cap. 2. dub. 1.* Rodrig. *tom. 2. sum. cap. 94. n. 6.* Aragon *2. 2. quest. 89. art. 2. in dub. 1. circa 3. concl.* Raphael de la Torre *ibidem disp. 4. num. 5.* Sanchez *lib. 4. cap. 7. num. 4.* Prado *cap. 31. de voto, §. 4. n. 33.* Qui addit, aliquando simplices in huiusmodi votis, ab omni peccato excusari, eo quod inuincibilitet existiment obsequium se præstare Deo. Sic etiam optimè Suarez *lib. 5. de voto, cap. 2. num. 14.* Palaus *disp. 2. punct. 8. §. 3. num. 10.*

QVÆSTIO IX.

An, si res indifferens, ob aliquam circumstantiam reddatur honesta, tunc sit apta materia voti?

Respondeo vt certum: Quod sic. Quia tunc talis materia, iam non est indifferens, cum ob talem circumstantiam ei adiunctam amiserit indifferentiam. Sic omnes. Legantur Caiet. *loco cit.* & in *sum. v. votum, cap. 2. fine.* ibi: votum hoc intelligendum est de operibus indifferentibus manentibus in sua indifferentia. Nam si opera indifferentia ex aliquo respectu fierent bona, vel mala moraliter, tunc cadere possent sub voto. Sic ille, Sotus etiam *lib. 7. quest. 1. ad 3. circa 2. concl.* Nauarr. *cap. 12. num. 28.* Sanchez *lib. 4. cap. 7. num. 5.* Suarez *lib. 2. de voto, cap. 4. à num. 5.* & alij apud Palaum *punct. 8. cit. §. 2. num. 2.* Ioan. S. Thoma *2. 2. quest. 88. disp. 29. art. 4.*

QVÆSTIO X.

An, vt res indifferens fiat honesta, sufficiat, vt ad bonum finem, ipsam vouens referat?

Respondeo vt certum: Non sufficere. Nam vltra id requiritur, vt ipsa res de se sit apta, & proportionata, vt illi bono fini deseruiat. Quia, cum extrinseca vouentis relatio, rem non immutet, si aliàs ad illum finem nil conferat, non valebit votum, cum adhuc maneat res indifferens. Vt v. g. si in honorem B. Virginis voueret quispiam fore, vt non præcinderet

præscinderet sibi vngues in die Sabbati; quamvis honos ille intentus sit bonus: at quia non præscindere vngues, est illi fini inutile, manet id indifferens, & inepta voti materia, & consequenter votum nullum. Sic Sanchez *lib. 4. cap. 7. num. 5. vers. Secunda conditio*, & penes illum, Caiet. Angel. Syluest. Sotus, Nauarr. Palacios, Aragon, Angles, Valentia, Azor, Rodriguez, Toledo, & Petr. de Ledesma. Palaus etiam loco cit. *vers. Aduertendum tamen est. Prado loco cit. num. 28.* & omnes communiter.

QVÆSTIO XI.

An, votum feminae non nendi in Sabbato in honorem B. Virginis, relicta facultate exercendi alia seruilia; sit validum, & obliget?

Respondeo vt certum: Neque esse validum, nec obligare. Quia nil cadit in cultum B. Virginis, ab eo opere abstinere, cum feminae vouenti integrum sit aliis operibus seruilibus mentem magis à Diuinis auocantibus vacare. Sic Caiet. Sotus, Nauarr. Metina, Angles, Aragon, Petr. Ledesma, Valentia, Azor, & Rodrig. quos citat, & sequitur Sanchez *cap. 7. cit. num. 6. Palaus disputat. 1. de voto, punct. 8. §. 1. Prado cap. 31. de voto, §. 4. num. 29.*

QVÆSTIO XII.

An saltem, dictum votum esset validum, si femina tale votum emitteret, hoc sine vestitum, nempe, vt expeditior esset ad recitandum sæpius calculos Virgineos?

Affirmant communiter DD. tunc tale votum esse validum, & obligare ad abstinendum à re promissa, quia ratione illius boni finis, non manet res indifferens; cum fiat apta, & conueniens fini bono consequendo. Ita Nauarr. *cap. 12. n. 28. Palaus loco cit. vbi citat pro hac parte Sanchez cap. 7. num. 6. & Laymanium lib. 4. tract. 4. cap. 2. num. 8.* Sed certè Sanchez hoc putat verum, non semper, sed solum casu, quo oriretur aliquod peculiare impedimentum ex dicto opere seruili, respectu feminae vouentis ad sæpius recitandos calculos Virginos; non vero casu, quo nil peculiare esset in dicto opere seruili respectu vouentis; quia tunc adhuc maneret res indifferens, & votum non esset validum. Sic Sanchez, & benè.

QVÆSTIO XIII.

An ad minus, esset validum votum, quod quis emitteret, de abstinendo die Sabbati ab omni opere seruili in honorem B. Virginis?

Respondeo vt certum: Tunc tale votum omnino esse validum. Quia id in Sanctum honorem cedit, vt constat, ex Festorum institutione ad eos

colendos. Sic Sanchez *loco cit. num. 7.* vbi addit, quod si casus occurreret, vt Sabbati obseruantia esset aliis scandalo, eo quod obseruans redderetur suspectus de Iudaismo; tunc legitimè excusaretur vouens à voti executione: quamvis non extingueretur omnino obligatio voti, sed solum esset suspensa durante dicta causa, qua cessante rediret. Sic ille. Prado *num. 29.* & alij communiter.

QVÆSTIO XIV.

An, votum de non edendis carnibus igne assis in die S. Laurentij in eius honorem: & votum non vescendi animalium captibus in die S. Ioannis in honorem ipsius; sit vanum, & irritum?

Affirmant communiter Doctores, tale votum, esse vanum, & irritum, & sapere cultum superstitiosum. Ratio est, quia tale votum nullo modo cedit in honorem dictorum Sanctorum. Ita tenent Angel. *votum 1. num. 5.* Syluest. *ibi quest. 4. dicto 3.* Nauarr. *cap. 12. num. 37.* Toledo *lib. 4. cap. 17.* Azor *lib. 11. cap. 14. quest. 5.* Prado *loco cit. num. 29.*

Sed clariùs Respond. talia vota esse irrita, & nulla, nisi casu, quo specialiter ad illa cibaria edenda potius quàm ad alia affectus esset vouens; & vt se hac voluptate priuaret, votum non edendi illa emitteret. Quia tunc votum non esset vanum, nec irritum, sed validum, & obligatorium, eo quod tunc illa abstinentia, iam ad virtutem abstinentiæ pertineret. Sic Sanchez *lib. 4. cap. 7. numero 9.* Palaus *disputat. 1. de voto, punct. 8. §. 2.* Layman, vbi supra.

QVÆSTIO XV.

An valeat votum abstinendi ab omni cibo igne condito, in vigilia S. Laurentij, in eius honorem emissum?

Negat Palacios in *in 4. disput. 1. vers. Septimò,* vbi docet huiusmodi votum esse vanum, & irritum.

Sed vt certum Respondeo tale votum esse validum. Quia verè est magna abstinentia ab his omnibus cibis priuari, solosque arborum fructus edere. Sic Sanchez *lib. 4. cap. 7. num. 10.* & supponit antea *cap. 5. num. 31.* citans pro se D. Anton. Syluest. Rossellam, & Azorium.

QVÆSTIO XVI.

An, si que femina voueat, se amictu albo semper vsuram; teneat & valeat votum?

Affirmant Azor *lib. 11. instit. cap. 14. quest. 5. vers. in his sit regula.* Quia (inquit) amictus candidus, signum est castitatis.

Sed probabilius Respondeo tale votum sic absolute prolatum, minimè valere. Quia parum confert

fert hoc votum ad eum finem : & sic est de re omnino indifferenti, & consequenter inualidum, vt ait Caiet. *in sum. verb. votum. cap. 2. vers. Quum enim materia.* Quam citat, & sequitur Sanchez *cap. 7. cit. num. 11.* Addens, quod si scemina vouens, talis esset conditionis vt in specialem memoriam Virginitatis Deiparæ, tales vestes excitarent, quod tunc iam valeret votum; eo quod tunc adest specialis circumstantia, cum vsus ex se indifferentem honestans. Quod additum videtur docuisse Sotus *lib. 7. de iust. quest. 1. art. 3. vers. circa 2. concl.* dum ait, quod votum de induendis vestibus albis in die Sabbati in memoriam Virginitatis Deiparæ non sit omnino vanum. Indicat ergo valere. Vnde à fortiori valebit votum vtendi scapulari veste B. Virginis, cum id in honorem ipsius cedat, vt bene Sanchez.

QVÆSTIO XVII.

An sit validum votum vtendi vestibus honestis; necnon & votum induendi vestes viles, & asperas?

Respondeo vt certum. Esse valida huiusmodi vota. Nam *Primum votum*, diuino honori valde expediens est. *Secundum*, ad humilitatem, & tertium, ad Pœnitentiam spectat. Sic Sanchez *loco cit. n. 11.* & Azor *q. 5. cit. ibi.* Si voueas te vestitu vili, aspero, & abiecto vsurum, votum est ratum: quia vestitus eiusmodi est signum pœnitentiæ, & inuitat ad pœnitentiam. Sic ille. Quod intellige, & limita, nisi vouens esset vxoratus, iuxta dicta à nobis supra *tract. 1. disp. 16. quest. 143. & disp. 40. quest. 17.*

QVÆSTIO XVIII.

An, votum agitandi tauros in honorem alicuius Sancti, sit validum, & obliget?


Affirmat haud obscure Prado *tom. 2. cap. 31. de voto, qu. 2. §. 4. num. 31.* vbi contra Sanchez oppositum sentientem, sic loquitur: Specialiter Sanchez *num. 13.* docet, votum agitandi tauros in Sanctorum honorem, esse irritum: quia id ad eorum cultum minimè spectat, vt habetur in Concil. Toletano vltimo, *act. 3. decreto 26.* & in Bracharensi vltimo *act. 5. part. 2. cap. 8.* & in motu proprio Pij V. *constitut. 48. §. 5. tom. 2. Bullarij, fol. 243.* Qui quoad hoc potius videtur confirmatus, quam reuocatus per Gregor. XIII. Cæterum in Bullis Gregorij XIII. & Clementis VIII. relatis à Quaranta, *verbo, torneamenta*, & ab aliis, quos retulimus *cap. 15. q. 9.* solum præcipitur, quod *agitationes taurorum diebus festis non fiant.* Et non prohibent, quod circa festum, die sequenti, aut antecedenti, vel post, fiant in honorem Sancti. Quare sicut solent in honorem S. Iacobi, vel S. Ioannis, aut S. Annæ, Tauri agitari; ita si ciuitas, vel homo diues vouerent in honorem horum Sanctorum, vel similibus, has agitationes moderatas, eo modo, quo sunt licitæ, & in Hispana vsitata, non facilè apparet cur votum non obligaret. Quia quoad hoc Bulla Pij V. videtur reuocata per alias subsequentes, vt latè citata *qu. 9.* Vnde in Hispania videmus Canonizationes Sanctorum solemnizari agi-

rationibus taurorum, vltra solemnitates Processionum, Missarum, & similes. Huc vsque Prado in corpore parraphi. Sed clariùs in summario hæc *Aliquando votum tauros agitandi in Sanctorum honorem potest esse validum, etiam in Hispania.*

Sed vt quid certum Respondeo dicendum, quod votum de agitandis tauris, omnino sit inualidum vanum, & superstitiosum. Probat. Quia huiusmodi votum, vel est de re illicita ex circumstantiis & modis tali actiõni adiunctis; vel ad summum de re omnino indifferenti: ergo nequit esse validum, sed omnino vanum. Vtrumque antecedens cum consequentia probat Suarez *lib. 2. de voto, cap. 4. nu. 7.* vbi in principio dicit; negari posse agitationem taurorum esse actum indifferentem, nisi multæ circumstantiæ in ea seruentur, quæ iuxta communem vsus omittuntur. Sic ibi. Et infra sic: Agitatio itaque taurorum, etiam si tali modo fiat, vt mala non sit, nihil in se habet utilitatis, aut conuenientiæ, vt ad Dei, vel Sanctorum honorem conferre quidquam possit, vel mediatè, vel immediatè; & ideo nullam honestatem accipit actus ille ex tali relatione, neque ad religionem vllò modo pertinet. Ideoque votum de tali actu, etiam si fingatur illo fine coloratum, validum non est, sed potius superstitiosum. Huc vsque sapientissimus Suarez.

Sic etiam tenent Sanchez *num. 13.* citato. Qui benè probat, tales agitationes, in Sanctorum honorem minimè redundare, ex eo quod Pontifices clarè prohibeant eas in diebus festiuis fieri. Sic etiam Palaus *disp. 1. de voto, punct. 8. §. 2. n. 3.* his verbis: Idem est si in honorem alicuius sancti voueas taurorum agitationem, aliosvè similes ludos publicos, non tenet votum. Quia solum ex tua relatione, & non ex se videntur Sanctorum honori ij publici ludi conferre. Sic Palaus. Thom. Tamburini. *lib. 3. Decal. cap. 15. §. 2. num. 8.* ita scribens: Illud notandum, vt res indifferens modo dicto, ex bono fine bona fiat, debere esse aptam ad talem bonitatem, vt ita dicam, recipiendam. Ponit exemplum Sanch. in vouente non præscindere vngues, vel exercere ludum agitationis taurorum in festo Sanctiss. Virginis. Hæc enim vota irrita ex se sunt, nec relatione indigent: quia vngues non præscindere & tauros agitare, cum in Dei, vel Sanctorum obsequium non cedant, materia est incapax bonitatis. Hæc Thomas Tamburinus. Acacius March. *tom. 2. sum. verb. toros, Resol. 440. num. 7.* vbi ait: *Que el voto, de correr toros en honrra de algun Santo, no obliga, sino que ipso facto es irrita, i nulo.* Sic etiam Lessius *in sum. 1. p. cap. 142. dub. 3. concl. 3.*

Nec obstat quod opponit Prado; nempe, quod in Hispania Canonizationes Sanctorum agitationibus taurorum soleant celebrari. Respondeo primò, quod melius celebrarentur aliis ludis, vt ait Nauarr. *cap. 15.* in fine. *Secundò*, quod etiam celebrantur comediis, & tamen non ob hoc licet colligere, quod votum de eis faciendis, sit validum, & licitum. Planè absurdum esset hoc concedere. *Tertiò*, quia inde ad summum solum colligitur, quod sit talis ludus res indifferens: vt iam communiter docent Doctores, & ideo vt talis permittatur; non tamen quod votum de illo factum sit validum, & obliget, vt Magister Prado concedit, sed certè, sine probabilitate vlla: sicut è contrà, sine vlla, negauit, esse validum, & ratum votum à quodam Parocho factum, in honorem immaculatæ Conceptionis Virginis Deiparæ, modo casu sequenti explicando, sit ergo Casus.



QVÆSTIO XIX.

C A S O



N Cura de este Arçobispado de Toledo, tiene hecho vn voto a Dios N. S. en fauor de su Madre santissima, y del Mysterio de la immaculada Concepcion, de no dar su pulpito (mientras fuere Cura) a persona alguna, que primero no le diere palabra, de que acabada la Salutacion, al commençar el Sermon dira. Alabado sea el Santissimo Sacramento, y la Immaculada Concepcion de Maria Santissima Señora nuestra. Todo con zelo de Dios nuestro Señor, y de su purissima Madre. Desde que hizo este voto, todos los Predicadores lo an dicho. Al presente, vn Predicador, a quien tiene encomendado vn Sermon, no quiere dezir dichas palabras, y a dado a entender no las dira.

Preguntase dos cosas. La primera si este voto es valido y obligatorio en conciencia. La segunda dependiente de la primera: si dicho Cura tiene obligacion a no dexar predicar dicho Predicador, sin que primero dé palabra de dezir. Alabado sea el Santissimo Sacramento, y la Immaculada Concepcion de Maria Santissima Señora nuestra. &c.

Respondo, que dicho voto es valido y obligatorio en conciencia, porque es voto de meliori bono, vel de re Deo grata. Luego es valido y obligatorio. La consequencia es cierta. El antecedente se prueua. Este voto es de cosa que aumenta la deuocion de los Fieles, para con Maria Santissima Señora nuestra, en su purissima Concepcion: cosa sin duda ninguna muy agradable a Dios, ergo &c.

Confirrase, porque no se puede desir, que el voto de defender la purissima Concepcion de Maria santissima, no es de meliori bono, & de re grata Deo. Pues tantas Yglesias, Vniuersidades, Escuelas, Religiones, y otras Congregaciones, y Cabildos lo an hecho. Luego lo mismo se a de dezir del presente voto, pues es, o de materia incluyda en el primer voto, o es materia de inducir a la mayor deuocion con tan piadoso mysterio, o perteneciente a la defensa de la immaculada Concepcion.

Confirrase lo segundo, porque este voto no es de re mala, vt per se patet, ni de cosa indifferente. Luego es de cosa honesta y grata Deo & licita. Que no sca de cosa indifferente, se prueua, pues es de materia piadosa, y que la Santa Yglesia la confiesa por honesta, y agradable a Dios, y a concedido Indulgencia plenaria al que dixere: Abbado sea el Santissima Sacramento, y la immaculada Concepcion de Maria Santissima, &c. ergo &c.

Y no ay duda, sino que haze mejor, el que dize dichas palabras, que el que no las dize. Y por esso la Santa Yglesia induce con Indulgencias, a que se digan. Luego el voto que se a hecho en orden a que se digan dichas palabras; ò a no dar su pulpito el Cura, es de re meliori, honesta & grata Deo, & consequenter valido.

Digo lo segundo, que dicho Cura està obligado en Conciencia, a no dexar predicar dicho Predicador, ni a otro qualquiera, sin que primero dé palabra de que dira. Alabado sea el Santissimo Sacramento; y la immaculada Concepcion de Maria Santissima Señora nuestra. Esta conclusion se sigue de la primera: porque si el voto es obligatorio, en Conciencia està obligado dicho Cura a obserualo; pues lo violara, si dexara subir al pulpito dicho Predicador, sin que diera dicha palabra, ergo &c.

Confirrase en el caso presente, porque ya el omittir dicho Predicador tales palabras, dé muestra de positino disenso del immaculado mysterio; pues hauiendole pedido, diga lo que tantos an dicho, y manifestadole el voto que dicho Cura tiene hecho, non quiere dezir dichas palabras, cosa que en buena cortesia, y genio suauo, sin positino disenso no se hiziera. Sed sic est, que por fuerça del voto que dicho Cura tiene hecho, de defender la immaculada Concepcion, y por fuerça de el presente: està obligado a no dar su pulpito dicho Cura, a quien dé muestras de disenso positino a tan piadoso, y venerable Mysterio. Ergo &c.

Confirrase mas. La Villa de dicho Cura tambien tiene hecho voto de defender la immaculada Concepcion de Maria Santissima: y saue el voto que dicho Cura tiene hecho; luego reciuiera graue escandalo de ver que dicho Predicador dexaua dichas palabras, conociendo su poca deuocion a tan piadoso Mysterio, y adnirtiendo, o que dicho Cura no hauia observado el voto, o dicho Predicador

predicador no hauiá cumplido su palabra, en cosa tan conueniente: todo lo qual tiene obligacion dicho Cura a euitar, y assi le obliga, &c.

Añádese que dicho Cura puede libremente darel pulpito à quien mas le diere gusto, sin que en esto haga agrauio a persona alguna. Luego teniendo este voto, deue darlo a quien muestre mas deuocion a Maria Sanctissima, diziendo dichas palabras: y negarlo a quien positiuamente no quiere mostrar dicha deuocion. Assi lo siento, en Alcalá, en este nuestro Collegio de Descalzos de la S. S. Trinidad, en 29. Nouembre de 1661.

FR. LEANDRO. del S. S. Sacramento.

Este Caso está doctísimamente discurredo, y assi me conformo en todo con la resolucion de N. R.º. P. M.º. Fr. Leandro del S. S. Sacramento, sin que juzgue necessario añadir mas a su discurso. En este Collegio de la S. S. Trinidad de Salamanca, Diciembre 7. de 1661.

M.º. Fr. Ioseph ROMERO, Cathedratico de Escritura, soy del mismo sentir.

El M.º. Fr. diego C A N O, Cathedratico de Aristotele.

Quando tubiera alguna dificultad esta materia, la allanara la authoridad de N. R.º. P. M.º. Fr. Leandro del S. S. Sacramento. Pero inzgo no la tiene, que la materia que es capaz de Rezo, de Indulgencia, y de Sacrificio, quien dudará que es capaz de voto; y quien dira que no tiene la Iglesia este voto aprouado, quando aprouó Religion, cuyo especial instituto es hazerle. Acuerdome que Su Mag.ª. Dios le guarde, con el santo zelo deste piadosissimo mysterio, consultó a la junta de la Concepcion, que en Madrid tenia formada de Hombres grauisimos, de dentro y fuera de la Corte; si seria acertado de hazer voto, de no dar puesto alguno de su Casa, y Capilla, a quien no votasse la Concepcion immaculada de Maria Santissima Señora nuestra; a que respondió en nombre de la junta, el R.º. P. M.º. Fr. Angel Manrique, entonces Predicador de Su Mag.ª. y Cathedratico de Prima de esta Vniuersidad, despues Obispo de Badajoz, satisfaciendo llanamente a los inconuenientes que podrian resultar de este voto, y concluyendo que seria valido y prouechoso. Papel que ley, y creo que tengo en mi poder: conforme a lo qual digo, que el voto de este Cura es valido y obligatorio en conciencia, y que deue no permitir en su pulpito, a quien no viniere en dar la palabra que le pide. Assi lo siento, saluo, &c. En este Collegio de N. P. S. Bernardo de Salamanca, y Diciembre 9. de 1661.

M.º. Fr. Francisco DE ROYS, Cathedratico de Philosophia Moral, y Predicador de su Mag.ª.

Soy del mismo parecer en todo, que nuestros R.º. P.º. Maestros, y no puede haueer duda en vno ni en otro punto, que con tantos exemplares está executado ya, y aplaudido en la Iglesia; ny scé que tenga diferencia para el caso, que sea vna persona, ò vna Comunidad quien haze el voto, de no admittir a nayde, en lo que pende de su arbitrio; sin esta condicion que de suyo es piadosa, y conducente mucho para la deuocion deste mysterio: como el traer la Imagen de la Concepcion al pecho es condicion en la orden que professa, con este titulo, y lo pudiera ser de vna persona sola, y hazer voto sobre esto, fuera sin duda valido, y obligatorio, por las razones que se alegan: y assi tambien deuiera cumplirle como este, en que no pongo duda. Saluo semper, &c. De este Collegio de N. P. S. Bernardo de Salamanca, y Diciembre 11. de 1661.

M. Fr. Miguel DE F V E N T E S, Cathedratico de S. Thomas.

Siento lo mismo que nuestros Padres Maestros, y no pongo duda, en que dicho voto es valido, y que quien le hizo, tiene obligacion a poner de su parte, todos los medios necessarios que pudiere licitamente para complir su voto. Este es mi parecer, saluo &c. En este Collegio de N. P. S. Bernardo de Salamanca, y Diciembre 11. de 1661.

M. Fr. Pedro de O V I E D O, Decano de Salamanca.

M. Fr. Antonio de S. P E D R O.

HE leydo atentamente el Caso, y la respuesta dada a el, por N. R.º. P. M.º. Fr. Leandro del S. S. Sacramento, y firmada de tantos Varones Doctos. No puedo dudar de que sea valido; y obligatorio el voto de que se habla; si el Parrocho no está impedido por potestad superior, para hazerle ò complirle: y si el Predicador no tiene derecho antecedente a predicar en la tal Iglesia; sin que en el contrato de predicar se pusiesse por condicion, el dezir aquellas palabras. Suele haueer Sermones que llaman de Tabla, a que con trato se a obligado alguna Comunidad, y el Cabildo Ecclesiastico, y secular, a darla el pulpito para tales, y tales sermones. El caso no parece que procede en estas circunstancias. Saluas ellas & meliori iudicio. Soy de el mismo parecer que N. R.º. P. M.º. Fr. Leandro, y los demas Maestros de arriba. Salamanca en el Collegio Real de la compañia de Iesus. 12. de Diciembre de 1661.

Gabriel de H E N A O

FF

Conformome con el mismo parecer, porque este voto, solo podia ser nullo, por ser in præiudicium tertij, y aqui no lo es, pues el derecho de elegir Predicador, es de solo el Parrocho, ò de la villa, y esta es del mismo sentir que su Parrocho, y assi el voto no la perjudica: y siendo valido, sigue la obligacion de complirle. En el Collegio Real de la Compañia de Iesus. Diztemb. 13. de 1661.

Thirso GONÇALES.

HE visto el Caso, y la Resolucion de el R^{mo}. P.M. Fr. Leandro del S^{mo}. Sacramento, con que me conformo. Saluo, &c. En este Real Collegio de la Compañia de Iesus. de Salamanca, en 13. de Diciembre 1661.

Ricardo LINCE.

Conformome con el parecer de el R^{mo}. y Doctissimo P.M. Fr. Leandro de el S^{mo}. Sacramento, en el Caso presente. Salamanca, en el Collegio Real de la Compañia de Iesus. Diciembre 12. de 1661.

Gaspard CRVC.

Sola la authoridad de el R^{mo}. P. Fr. Leandro de el S^{mo}. Sacramento, basta a hazer una opinion probable, quando la Resolucion puesta arriuva no fuera cierta, y no tuuiera por si, Varones tan grandes que la anfirmado. Digo pues que me conformo con ella, y que el Parrocho, quantum est ex se, no puede permitir que se obmitan las palabras referidas en protestacion del Mysterio de la Concepcion, assi por el voto que tiene hecho de defenderla, como por el segundo añadido. Porque como digo en mi tomo, de Iure Academico, in apendice, num. 7. (donde trato largamente de este voto) obligatio defendendi piam opinionem, est obligatio non defendendi contrariam, vlllo modo sufficienti ad exprimendum patrociniū illius, siue verbo, siue scripto, vel etiam nutu, aut silentio. Con que el callar en este Caso, y no impedir el Sermon de dicho Predicador, parece era asentir a su renuencia, en confessar el Mysterio; y si en alguna ocasion obliga el voto, es en esta y semejantes; porque no tiene este Parrocho, en fuerça de el voto, obligacion de andar enseñando el Mysterio de la Immaculada Concepcion: ni puede mostrar el cumplimiento de el segundo voto, sino es en caso de renuencia de el Predicador, luego, o nunca cumplira esos votos, o si los a de cumplir alguna vez, por instar la obligacion, es en el caso presente. Esto siento, saluo, &c. En este Collegio Irlandes de Salamanca, Diciembre 14. de 1661.

Andres MENDO

LA Resolucion de N. R^{mo}. P.M. Fr. Leandro de el S^{mo}. Sacramento, està muy puesta en razon, y assi me conformo con su dictamen, y hago lo mismo que nuestros Reuerendissimos Padres Maestros. Saluo, &c. En este Collegio de san Vicente de N.P.S. Benito, Diciembre 14. de 1661.

M. Fr. Mauro SOMOÇA, Cathedratico de Scoto.

Soy del mismo parecer que nuestros Reuerendissimos Padres Maestros, y tengo por cierto que el voto es valido; y que el que lo hizo, tiene obligacion a poner todos los medios necesarios para el conseqüimiento del dicho voto. Saluo, &c. En este Collegio de S. Vicente, de N. P. S. Benito. Diciembre 14. de 1661.

M. Fr. Antonio del CASTILLO.

Asiento a este mismo dictamen de nuestros Reuerendissimos Padres Maestros; y que obliga dicho voto a su cumplimiento, sin que pueda perjudicar al derecho Parrochial, ynde obligat ad voti impletionem. Assi lo siento. En este Collegio de S. Vicente de la Orden de N.P. S. Benito, a 14. de Diciembre de 1661.

M. Fr. Ioseph GOMEZ

Soy de este mismo parecer de nuestros Reuerendissimos Padres Maestros, y el dicho Cura tiene obligacion para el cumplimiento de su voto; que le obliga en conciencia a vsar de su drecho, en no permitir predique en su Yglesia, Predicador que no dixere dichas palabras: porque tiene obligacion a poner en execucion su voto, y vsar para dicha execucion de todos los medios necesarios para ella: y el mas seguro es, negar la licencia de que predique, quien no confessare la purissima Concepcion de nuestra Señora, este es mi parecer, saluo, &c. en S. Vicente de Salamanca, a 14. de Diciembre 1661.

M. Fr. Felipe de VAHAMONTE, Lector de Theologia,
de S. Vicente de Salamanca.

Conformamonos en todo, con el sentir de nuestro R^{mo} P. M. Fr. Leandro del S^{mo}. Sacramento; y de tan graues, y Doctos Padres Maestros, como hasta aqui anfirmado. En este Collegio

Collegio de la Vera-Cruz, del Orden de Nuestra Señora de la Merced, Redempcion de Captiuos, en 16. de Diciembre de 1661.

Fr. Bernardo HURTADO Lector de Theologia, y Rector de dicho Collegio.

M. Fr. Fernando de CARAVAJAL, y Riuera, Lector de Theologia.

M. Fr. Iuan Baptista de CANDARVDO Cathedratico de Phisicos.

M. Fr. Ioseph GONÇALES Regente de los Estudios, de dicho Collegio.

Està la Resolucion de ambas cosas fundada tan doctamente, por N. R^{mo}. P. M. Fr. Leandrò de el S^{mo}. Sacramento; y tan authorizada por tantos Doctos, y con tantas razones, tan eficaces confirmadas; que tengo por ocioso, añadir otra alguna que pudiera ofrecerse; y assi me conformo con el sentir de su Reuerendissima: y digo que ni hallo duda en que el voto es valido, ni en que tenga obligacion de cumplirlo dicho Cura, y no ay como cumplirle, sino es haziendo el acto que prometio en el voto, que fue prohibir que predicasse en su pulpito, quien no hubiesse dado palabra, de dezir antes de comenssar el Sermon, las palabras en el principio, y resolucion de el Caso referidas, y assi lo deue hazer. Saluo in omnibus, &c En este Conuento de S. Andres, Collegio de S^a Thereza, de el Orden de N. S. de el Carmen de Obseruancia, y Diciembre 15. de 1661. Años.

M. Fr. Alonso ALVAREZ
Cathedratico de Reg.

Fr. Raphaël FRECHEL,
Lector Theologiae.

Tengo por llana la Resolucion de Nuestros Reuerendissimos Padres Maestros: y que el tal Cura peccara grauissimamente, en dexar predicar al Predicador que no dixere dichas palabras en obsequio de el Mysterio de la Immaculada Concepcion de Nuestra Señora. Lo vno por quebrantar el voto, lo otro por la circunstancia del escandalo que se causara en los Fieles; de que es causa el tal Parrocho que lo permitiere, haviendo hecho el tal voto. Assi lo siento, saluo, &c. En este Conuento de S. Andres, Collegio de S^a. Thereza, de el Orden de Nuestra Señora de el Carmen de Obseruancia. En 18. de Diciembre de 1661.

M. Fr. Luys. Antonio DE PAZ Regente de los Estudios de dicho Collegio.

QVÆSTIO XX.

An, votum nocturnarum vigiliarum sit validum?

Respondeo non esse validum, vbi tales vigiliae sunt interdictae ab Episcopis, vt interdictae sunt in Synodo Toletana vltima, *actione 2. decreto 20.* & in Bracharenfi *IV. actione 5. cap. 24.* Vbi autem non sunt interdictae dicendum est id valere. Quia est de re bona. Quia tamen ex iis pleraque absurda sequuntur, ob quod iure optimo in aliquibus Dicecesibus interdicuntur, multò sanius consiliū erit, ea vota commutare, & credo facili commutatione indigere. Quia attenda hominum malitia, parum, aut nihil in honorem Dei cedunt. Sic omnino Sanchez *lib. 4. cap. 7. num. 14.*

QVÆSTIO XXI.

An, votum numquam ingrediendi mare; vel nunquam equitandi, ratione periculi quod in nauigando, aut equitando, vouens passus est, sit validum?

Negat absolutè Toletus *lib. 4. cap. 17. num. 13.* mihi, aliis *14.* per hæc verba: Secundò, debet esse materia non vana, seu indifferens. Dicitur autem id vanum, quod nec ad Dei honorem, nec ad salutem animæ ordinatur, nec contra ista est, nec enim ex se bonum, & malum est. Talia igitur promittere, nullum est votum, immò peccatum est, saltem veniale. V. g. si quis, quia passus est tempestatem, vo-

R. P. Leand. in Decal. T. II.

uet nunquam ingredi mare: vel quia cecidit à mulâ, vouet, se nunquam ascensurum supra mulain: vel quia Ioanni Baptistae abscissum est caput, vouet se nunquam manducaturum capita animalium; hæc & similia, vota non sunt, nec obligant, quia res vanæ sunt: Hæc Cardinalis Toletus.

Sed clariùs, ac distinctiùs respondeo absolutè loquendo, non valere, ob rationem dictam: valere tamen casu, quo peculiare periculum ea vouenti afferrent, ratione peculiaris complexionis, aut imperitiæ equitandi. Quia tunc finis honestus esset. Sic Sanchez *lib. 4. cap. 7. num. 15.* & ex illo Bonacina *disp. 4. q. 2. pun. 4. §. 2. n. 3.* vbi ita ait: Quartò, inualidum est votum non equitandi, aut non ingrediendi mare, nam materia huius voti est indifferens. Si verò fiat ex honesto fine, vt si quis votum emittat non ingrediendi mare, ad præcauendum peculiare periculum, quod pati solet ingrediendo mare, ob peculiarem sui stomachi dispositionem: vel si votum faciat non conscendendi equum, ob peculiare periculum, quod subire solet equitando; vel ob affectum ad carnis macerationem, quæ ex itinere pedetentim factò sequitur. Hæc Bonacina, & hæc omnino, ex illo, non citato, Trullench. *lib. 2. Decal. cap. 2. dub. 6. num. 3.*

QVÆSTIO XXII.

An, ut valeat votum, necessum sit, quòd adsit honestas in re quæ promittitur, tempore quo votum emittitur?

Negant aliqui, existimantes sufficere ad valorem voti, quod res, quæ vouetur, successu temporis honestatem habeat.

Ff 2 Ita

Ita Nauar. in *sum. cap. 12. num. vltimo*, vbi docet quod votum, vel iuramentum generaliter præstitum numquam intrandi in aliquam domum, nulla existenti speciali causa honestante, quod de se vanum & irritum est, tanquam de re indifferenti emissum, effici validum, si domus illa inhabitari postea incipiat à fœmina aliquam peccandi occasionem afferente. Hanc sententiam sequitur Luysius in *sum. 1. p. cap. 171. dub. 3.* Loquendo de iuramento rei illicitæ.

Sed probabilius longè respondeo dicendum, quod vt valeat votum, necessum sit adesse honestatem in re promissa, tempore, quo votum promittitur: aliàs non valebit, si illo tempore non est, esto successu temporis honestatem habeat. Ratio est: Quia tempore, quo votum est, debet habere obiectum capax obligationis: at hoc esse non potest sine honestate. Capacitas autem postea succedens, impertinens est, cum eo tempore non emittatur votum, nec à voto antea factò fuerit spectata. Sic Lessius *lib. 2. de iust. cap. 40. num. 42.* latè & optimè Sanchez *lib. 4. Decal. cap. 7. n. 19.* Palaus *disp. 1. pun. 8. §. 2.* in fine. Legantur dicta à nobis *disp. 7. q. 43. & disp. 12. q. 5.* & Prado *cap. 31. de voto, q. 2. §. 4. num. 32.*

§. III.

De fine indifferenti.

QVÆSTIO XXIII.

An votum, rei bonæ emissum ob finem indifferentem, sit validum.

Respondeo vt certum, quod sit. Quia finis indifferens vanus est: ergo & opus per illum finem consequendum cedere non potest in cultum, & honorem Dei: ergo non potest esse materia voti, etiam si hæc sit rei bonæ. Sic contra Ricard. Angelum, Siluest. & Palac. tenet Sanchez *cap. 7. cit. n. 25.* Suarez *lib. 2. de voto, cap. 4. n. 5.* Palaus *disp. 1. pun. 8. §. 3. n. 2.*

QVÆSTIO XXIV.

An, validum sit votum emissum ob finem rerum temporalium assequendarum?

Negat Innocent. *cap. Scriptura, num. 1. de voto*, vbi docet tale votum esse simoniacum, ac proinde non obligare. Probat. Quia tale votum continet pactum cum Deo in itum; *facio vt facias*; ac proinde est, temporalia illa, voto spiritali emere; aut commutare spiritalia cum temporalibus, quæ simoniaca sunt.

Sed vt certum respondeo tale votum esse licitum, ac proinde validum. *Primò.* Quia multa vota referuntur in sacris litteris, quæ pro bonis temporalibus à Deo obtinendis emissã sunt. Vt votum Iacob *Genes. 28.* pro fœlice perigrinatione. Votum Annæ pro obtinendo filio: *1. Regum. 1. & c. Secundò.* Quia hoc non est temporalia voto spiritali emere, aut cum illo commutare; sed rem aliquam voto promissam Deo offerre, si illa temporalia concedat, eumque prouocare illo voto emissò, vt concedat. Sic praxis totius Ecclesiæ approbantis hæc vota. Legantur Hostiens. *d. cap. scriptura*, & ibi Ioan. Andr. Antoninus, Cardin. Abbas, Anchar. & Henricus, Ricard. Maior, Angel, Siluest. & alij quos refert, & sequitur Sanchez *lib. 4. c. 7. n. 22.* Layman *lib. 4. tract. de voto*

cap. 2. n. 10. Palaus *disp. 1. de voto, pun. 8. §. 3. n. 5.* Prado *cap. 31. q. 2. §. 7. n. 86.*

QVÆSTIO XXV.

An, valeat votum ieiunandi, eo sine emissum, vt sumptibus quis parceret; aut elargiendi elemosynam; vt auaritia opinionem tolleret?

Respondeo vt certum minimè valere. Ratio est, quia votum cuius materia promissa indifferentem finem habet, nullum est: sed finis prædicti voti est omnino indifferens, cum in eo non inuoluat vouens aliquam actionem, quæ honestatem habeat: ergo non valebit. Sic Sanchez, & Palaus locis citatis. Qui secus dicunt de voto quod quis emittit elargiendi elemosynam, si impetret à Deo diues Matrimonium, filios ex illo, officium honorificum in Republica; quia huius voti finis, non indifferens, sed honestissimus est: cum consecutio horum beneficiorum imbibat illorum diuinam donationem, & fateatur per tale votum vouens, Deum eorum bonorum authorem esse. Legatur Suarez *lib. 2. de voto, cap. 4. num. 5.*

QVÆSTIO XXVI.

An similiter, votum non ludendi; solo sine non amittenda rei familiaris, sit inualidum, & irritum?

Affirmandum ex nuper ductis videtur. Quia non facere eam rei familiaris iacturam, est finis merè temporalis, & indifferens: ergo votum non ludendi eo sine emissum inualidum & irritum erit.

Sed vt certum Respondeo non esse inualidum, sed validum, & obligatorium, quantumuis res promissa ad dictum finem solum ordinetur. Quia cum prodigè ludendo, res familiares expendere, sit virtuosus prodigalitatibus actus: contrarius actus erit virtutis; nempe, non malè diuitias expendere, ac proinde hic non ludendi finis est optimus. Sic omnino Sanchez *n. 29.* & constat ex dictis à nobis *tract. 1. disp. 28. q. 4.*

QVÆSTIO XXVII.

An vouere rem bonam ob finem indifferentem sit peccatum?

Respondeo vt certum: Esse peccatum: sed veniale tantum. Quia vouere Deo rem indifferentem, est peccatum veniale, vt sup. q. 7. est habitum: ergo etiam tale erit, vouere rem bonam ob finem indifferentem. Confirmatur ex dictis q. 21. Sic Suarez *lib. 5. de voto, cap. 2. num. 14.* Palaus *disp. 1. pun. 8. §. 3. n. 10.* & constat ex dictis de iuramento *disp. 7. q. 41.* vbi q. 42. diximus adhuc veniale non esse; iurare aut vouere rem indifferentem ex obiecto, propter honestum finem. Et q. 43. Quod iuramentum aut votum de re indifferenti à principio, adhuc non obligat, etiam si post aliquos dies talis res fiat bona.

§. IV.

De valore voti rei bonæ, facti, ob finem malum.

QVÆSTIO XXVII.

An, quando quis vouet rem de se bonam, ob malum finem consequendum, teneatur voto?

Respondeo vt certum: Quod non. Quia quando finis rei promissæ, etiam si bonæ malus est, absolute malum, & inhonestum est, quod promittitur. Quia sic promittens, non intendit se obligare ad illam rem secundum se, sed quatenus medium est, ad talem finem malum consequendum: at hoc modo sumpta res bona, & honesta, mala redditur: ergo votum illud rei bonæ, validum esse non potest. Igitur si quis voueat Religionem, aut eleemosynam, ob obtinendam fornicationem, victoriam iniustam, vanam gloriam, &c. tunc non tenetur voto. Quia tunc res bona promissæ, redditur mala, ob illum malum finem, ac proinde est votum rei malæ, & consequenter nullum. Sic omnes. Legantur Caiet. 2. 2. q. 88. art. 2. dub. 4. & 5. & in sum. v. votum, cap. 2. Nauarr. cap. 12. n. 30. & sequent. Sotus lib. 7. de iust. q. 1. art. 3. dub. 1. circa 5. conclus. Aragon 2. 2. q. 88. art. 2. dub. 1. circa 5. concl. Sæ, votum. n. 4. Azor lib. 11. instit. cap. 15. q. 3. Suarez lib. 2. de voto, cap. 4. num. 3. & 4. Sanchez lib. 4. cap. 6. à num. 13. Palaus disp. 1. de voto, pun. 8. §. 3. num. 1. & sequent. Prado cap. 31. de voto, q. 2. §. 7. n. 84. Ioan. à S. Thoma 2. 2. q. 88. disp. 29. art. 6.

QVÆSTIO XXIX.

An, votum emissum ad obtinendum auxilium à Deo, pro malo, seu turpi facto, sit nullum?

Respondeo vt certum, quod sit. Quia talis actus vouendi; non solum ex parte finis, qui apponitur, est malus, sed etiam ex parte materiæ, quæ Deo sub tali conditione promittitur: ergo ex omni parte votum est iniquum: ergo nullum. Sic latè probat, & tenet Suarez lib. 2. de voto, cap. 5. num. 7. & sequent. Caiet. v. votum. vers. circa illicitorum deinde vota. ibi. Tertio (peccatur) promittendo licitum ob illicitam petitionem obtinendam; vt si quis vouerit offerre Deo mille aureos ad occupandam Ciuitatem non suam. Et hoc votum blasphemia est, non votum: quia est facere Deum auctorem, seu patronum criminis. Sic ille. Siluest. votum 2. q. 2. propè finem. Nauarr. cap. 12. num. 30. & 43. Sanchez lib. 4. cap. 6. num. 13. & 14. Filliuc. tract. 26. cap. 2. q. 6. n. 55. apponens exemplum in eo, qui vouet eleemosynam, ad vindictam obtinendam. Ioan. à S. Thoma art. 6. citato.

QVÆSTIO XXX.

An, votum, quo quis eleemosynam Deo promittit, si incolumis, & saluus ex bello aut duello iniusto euadat: sit validum?

Negat Palaus disp. 1. pun. 8. §. 3. num. 3. docens, tale votum esse nullum. Quia, inquit, ea eleemosynâ oblata non intendit vouens incolumitatè absolute obtinere; sed bello iniusto: ergo votum pro tali

R. P. Leand. in Decal. T. II.

incolumitate impetrada, habet finem turpem: ergo, &c.

Sed probabilius Respondeo: Esse tale votum validum. Quia res, quæ promittitur in hoc voto, bona est: Deinde finis, sub quo promittitur, etiam est bonus: ergo & votum validum. Sic latè Suarez lib. 2. cap. 5. n. 16. & sequent. Vbi respondet fundamento oppositæ partis. Nauarrus cap. 12. num. 32. Sanchez lib. 4. cap. 6. n. 13. Layman lib. 4. tract. 4. cap. 2. num. 7. Lessius lib. 2. cap. 40. dubit. 7. num. 38. vbi ita ait: Quod si finis non sit prauus, et si coniunctus operi prauo, votum erit validum, etiam si voueas opus bonum, tanquam medium ad illum finem impetrandum; vt si voueas eleemosynam te daturum, si ex concubina prolem susceperis; vel si ex duello saluus euaseris: et si malum sit fornicari, & duellum inire, tamen supposita voluntate hæc faciendi, non est malum petere à Deo prolem, & salutem. Sic Lessius. Bonac. tom. 2. disp. 4. q. 2. pun. 4. §. 1. n. 8. Trullench. lib. 2. cap. 2. dub. 5. n. 8. Prado cap. 31. de voto, q. 2. §. 7. n. 85. Raphael 2. 2. q. 88. art. 2. disp. 3. n. 2. & 9. Caiet. Aragoni: & Angles apud ipsum. Ioan. à S. Thoma art. 6. citato.

QVÆSTIO XXXI.

An etiam sit validum votum emissum in gratiarum actionem pro victoria iniuste parta?

Negant communiter Authores. Quia votum emissum pro victoria iniusta, est inualidum; nam eo ipso quod emittis votum ad impetrandum auxilium à Deo ad iniustam victoriam obtinendam, intendis Deum habere cooperatorem, & adiutorem tuæ iniustitiæ, quod iniuriosum est Deo: ergo eodem modo erit inualidum votum emissum in gratiarum actionem pro victoria iniuste iam parta; quia eò voto indicas Deum auctorem fuisse iniustitiæ. Ita tenent Sanchez lib. 4. cap. 6. n. 13. & 15. Lessius loco cit. num. 37. Layman lib. 4. tract. de voto, cap. 7. num. 2. Sotus lib. 7. de iust. q. 1. art. 3. vers. In tertio autè modo.

Sed æquè probabiliter respondeo dicendum, quod votum emissum in puram gratiarum actionem pro victoria iam iniuste parta, si sit de materia capaci, sit validum, & licitum, vt v. g. si quis voueat calicem aut eleemosynam pro victoria iam habita in bello iniusto. Ratio est: Quia vouens non agit gratias pro victoria iniusta, ea parte, qua iniusta fuit, & à se ipso processit; sed pro illa victoria, quatenus à Deo processit: sed secundum hanc rationem, bonum quid est, & honestum: ergo in eius laudem votum offerri potest. Sic Suarez tom. 2. de Relig. lib. 2. de voto, cap. 5. n. 19. & sequent. Palaus disp. 1. de voto pun. 8. §. 3. n. 4. Qui idem dicunt de voto facto in gratiarum actionem, pro alio simili termino actionis turpis iam factæ, vt pro filio ex concubina habito, vel pro muliere, quam deperibat, habita, &c. Sic etiam Filliuc. tract. 26. de voto, c. 2. q. 6. n. 54. vbi sic ait: Dico tertio, votum in gratiarum actionem pro actu turpi iam facto, validum est. Suar. n. 19. ex Caietan. & Nauarr. Ratio est, quia solum aguntur gratiæ Deo pro effectu iam sequuto, quod bonum est: nec ordinatur votum ad vllum malum finem, cum actio mala iam supponatur facta. Sic Filliuc. & bene, quamuis non in hoc quod dicit id docere Suarez ex Caietano, & Nauarro. Nam quamuis ex sententia illorum suam sententiam confirmet, expressè tamen dicit oppositam sententiam videri opinionem Caietani, nam (ait Suarez) eiusdem malitiæ esse existimat, vouere in gratiarum actionem, & ad impetrandum. Benè verum est, Nauarrum esse pro nobis, vt constat ex ab ipso dictis cap. 12. n. 31. Legatur.

QVÆSTIO XXXII.

An votum factum de re, aut actione bona, sub conditione turpi: ut voueo me daturum Calicem, si habuero superflua ex meretricio, sit validum?

NEgat Sotus *lib. 7. de iust. q. 1. art. 3. col. mihi 11. vers. In tertio autem.* his verbis: Neque verò interest tale votum emittas, non exprimendo, vt Deus tibi in iniquitate patrocinetur, sed merè conditionaliter, hoc tenore: *si victoriam hanc obtinero, aut si compos mei desiderij fuero, hanc faciam elemosynam.* Quia nullus sic sub mera conditione vouet, nisi, vt Deum sui sceleris patronum, aut fautorem compellans. Et aliud excogitare, esset casum insolentem effingere. Quare vota hæc absurda omnia sunt, & nullius vigoris. Hæc Sotus.

Sed vt certum Respondeo: Esse validum. Quia certum est quod votum factum, sub conditione turpi habente rationem puræ conditionis, & non causæ, nihil obstat turpitudine eius, vt votum validum sit. Ratio est, quia hoc modo conditio turpis non vitiat ipsum votum, sed tantum efficit, vt qui vouet, nolit obligari absolutè; sed tantum post talem euentum, vel quia sic illi erit commodum, vel propter aliam rationem humanam, ad quam parum refert quod conditio sit honesta, vel turpis. Sic Filliuc. *loco cit. num. 56.* ex Suario *lib. 2. de voto, cap. 5. in fine.* Nauarr. *cap. 12. n. 31.* Caiet. *in Sum. v. votum. vers. Circa illicitarum.* his verbis: Quintò promittendo licitum, pro petitione licita, ex turpi tamen causa pendente: vt si quis habens concubinam voueat Deo centum aureos, si concefferit sibi ex illa filium. Et hoc votum, est verè votum, & obligat si conditio extat: quoniam votum non cadit super illicito coitu, sed super dono filij, præsupposito illicito concubitu. Non tenetur tamen retinere concubinam, vt faciat quod in se est ad implendum votum: quia præsuppositum est malum & illicitum. Sic Caietanus. Quem citat, & sequitur Prado *n. 89.* Raph. de la Torre *22. q. 88. art. 2. disp. 3. n. 12.* vbi contra Sotum, non esse impossibile casum affirmat. Legantur à nobis dicta *tract. 1. de iuram. disp. 41. q. 12.*

§. V.

De peccato vouentis aliquid illicitum?

QVÆSTIO XXXIII.

An, vouere facere aliquod peccatum mortale, sit peccatum mortale?

NEgandum videtur. Quia Iephte filiam suam sacrificauit, interficiendo illam corporaliter: & tamen videtur non peccasse mortaliter: cum Apostolus illum in Cathalogo Sanctorum adscribat *ad Hebræos 11.* Ergo vouere facere aliquod mortale, non est mortale, sed potius vouens tenebitur adimplere votum.

Sed vt quid certum Respondeo esse mortale contra Religionem, sicuti est iurare facere aliquod mortale: vt habitum est supra *tract. 1. de iuram. disp. 8. §. 9. q. 36.* Sic omnes Authores, præcipue ibi adducti. Qui idem dicunt loquendo, de illo, qui vouet facere

aliquod mortale. Quia vtriusque est eadem ratio. Legatur Sanchez *lib. 4. Decal. cap. 6. n. 9.* & apud ipsum Caiet. *in Sum. votum, cap. 2.* & ibi Armilla *n. 1.* Silueft. *1. q. 4.* Sotus *lib. 7. de iust. q. 1. ar. 3.* Nauarr. *cap. 12. n. 28.* Toledo *lib. 4. cap. 17. num. 15.* Aragon *2. 2. q. 88. art. 2.* & Rodrig. *in Sum. cap. 94. n. 1.* Sic etiam Suarez *tom. 2. de Relig. lib. 5. de voto, cap. 2. à num. 5.* Palauis *disp. 1. de voto, pun. 8. §. 3. n. 8.* & omnes infra citandi.

Ad rationem dubitandi respondent aliqui, quod Iephte non interfecit filiam suam, aut reali sacrificio illam maectauit: Sed Deo tantum consecrauit, & Nazaraam fecit. Sic Lyranus, Vatablus, Isidorus, Clarus, Sanctes-Pagninus, Arias Montanus, quos citat, & sequitur Maluenda *Iudicum 11. vers. 36.*

Sed verius alij respondent dicendo, quod Iephte verè filiam suam sacrificauerit, corporaliter illam interficiendo, vt constat ex verbis illis textus: *Et fecit ei sicut vouit.* Quorum placito supposito, vel dicendum est, quod vel tale votum emisit, Spiritus Sancti ductu, & ideo non peccasse illud exponendo. Vel quod excusatus fuerit Iephte à peccato, ob ignorantiam inuincibilem: vel denique, quod si tali voto deliquit, postea de tali facto pœnituerit. Legantur Suarez *lib. 2. citato cap. 10. à num. 5.* Azor. *lib. 11. instit. cap. 13. q. 2.* Raphael *2. 2. q. 88. art. 2. disp. 12. Prado cap. 31. de voto, q. 2. à num. 91.*

QVÆSTIO XXXIV.

An item, sit mortale, vouere facere aliquod mortale, sine proposito tamen promissum adimplendi?

NEgat esse tunc mortale, Angles *q. de voto, art. 1. diff. 11. concl. 1.* vbi postquam dixit, esse mortale, malum finem, aut malam rem promittere, his verbis limitat suum dictum: Est (inquiens) limitanda conclusio de sententia Mag. Victoria: dummodo ita vouens habeat propositum adimplendi promissum. Nam si tali proposito caret, mortaliter non peccat: quia voluntatem peccandi non habet; sed venialiter tantum; quia tale votum odiosum, & inutile est. Ita Angles.

Sed probabilius Respondeo: Esse etiam peccatum mortale sacrilegij. Quia sic vouere (ait Suarez) etiam sine animo faciendi, & promittendi, peccatum sacrilegij est: est enim actus inordinatus, non tantum, propter mendacium, sed etiam propter irreuerentiam in Deum. Sic ille, qui latè id probat *lib. 5. de voto, cap. 2. num. 7.* Sotus, mox citandus.

QVÆSTIO XXXV.

An saltem, sit solum veniale, vouere aliquod mortale, sine intentione se obligandi?

Affirmant haud obscurè Sotus, & Victoria, apud Suarium *loco cit. n. 6.* Nam Sotus expressè dicit; peccatum esse mortale tale votum, etiam si non fiat cum proposito implendi votum: *dummodo adsit intentio vouentis:* ergo indicat, quod si tale votum fictè fiat, & sine intentione se obligandi, sit solum veniale. Sed

Sed probabilius Respondeo adhuc sic vouentem, peccare mortaliter ob rationem nuper datam. Et quia licet sic vouens non velit verè promittere, vult tamen exterius promittere; vel potius comminari Deo tale malum, quod est, contra reuerentiam deo debitam. Vnde mihi verisimilius est, ait Suarez loco cit. num. 7. illud ex grauitate materiae esse peccatum mortale, non solum ratione scandalii, quod regulariter interuenit; sed etiam ratione iniuriæ diuinæ, quæ ibi esse videtur per modum cuiusdam blasphemiae. Sic ille.

QVÆSTIO XXXVI.

An item sit peccatum mortale, vouere facere aliquod veniale, animo se obligandi, & adimplendi illud?

Negant adhuc esse mortale, multi DD. putantes solum esse veniale. Quod probant aliqui. Quia iurare facere aliquam rem venialem, seu aliquod veniale, etiam cum animo se obligandi & adimplendi illud, non excedit culpam venialem, vt diximus cum multis supra tract. 1. disp. 7. §. 7. q. 37. ergo nec excedet culpam venialem, vouere facere rem venialem; nam eadem videtur vtriusque ratio. Et ideò, ita sentiunt Caiet. in sum. votum, cap. 2. & ibi Armilla n. 1. Siluest. votum. 1. q. 4. Sotus lib. 7. de iust. q. 1. art. 3. Nauarr. cap. 12. num. 28. & 33. Toledo lib. 4. cap. 17. num. 15. Aragon 2. 2. q. 88. art. 2. Rodriguez in sum. cap. 94. num. 1. Quos omnes pro hac parte citat Sanchez lib. 4. cap. 6. num. 9. Quibus addit Prado, S. Anton. 2. p. tit. 30. cap. 4. §. 1. Petr. Ledelm. in summa tom. 2. tract. 10. cap. 2. dub. 1. concl. 2. Villalob. 2. p. tract. 34. diff. 2. num. 3. Bonac. disp. 4. q. 2. pun. 4. §. 1. num. 10. & Trullench. lib. 2. cap. 2. dub. 5. num. 9.

Alij contrà affirmant esse mortale, vouere Deo facere aliquod veniale, si vouens id faciat animo se obligandi, & adimplendi illud, & cognoscendo quid faciat, nempe, quod attribuit Deo, acceptare tale votum. Quia tunc sciens, & videns attribuit Deo, quod ei non conuenit, quod spectat ad speciem blasphemiae. Ita Prado cap. 31. de voto. q. 2. §. 8. num. 100. citans pro se Caietan. v. votum. §. 2. vers. tertius casus est. Raphael. de la Torre 2. 2. q. 88. art. 2. disp. 5. Lessium lib. 2. cap. 40. dubi. 7. num. 39. Suarium lib. 2. de voto, cap. 4. num. 2. & 12. & lib. 5. cap. 2. à num. 9. Castrum Palao Disp. 1. de voto, pun. 8. §. 3. num. 9. Sanchez lib. 4. Decal. cap. 6. n. 9. & Barthol. à S. Fausto lib. 1. Thesauri, q. 42. & vt probabilem Trullench num. 9. citato. Ioan. à S. Thoma disp. 29. cit. art. 4. addens tunc solum esse veniale, si fiat ex inaduertentia, vel indeliberatione.

Sed clarius, & probabilius Respondeo dicendum; Primò, vouere Deo absolutè facere aliquod veniale, sine aduertentia, quod per votum illud significetur tale opus veniale esse gratum Deo, non excedit culpam venialem. Ita tenent Suarez loco cit. lib. 5. cap. 2. num. 13. & Authores primæ sententiæ necnon Sanchez num. 9. cit. vbi absolutè loquendo de quæstione proposita, sic ait: Votum rei malæ mortaliter cum proposito exequendi, est duplex mortale: & rei venialis, cum eodem proposito, est duplex veniale. Ratio prioris partis est; quia vltra peccatum illud mortale, quod habendo propositum exequendæ rei mortalis promissæ, est grauis iniuria religioni voti illata, velle se illa obligare ad pecca-

tum mortale; & sic, vltra mortale propositum, ipsum quoque votum mortale est. Ratio autem posterioris partis est, quia non videtur grauis iniuria religionis, illa se ad veniale deuincere ratione leuitatis materiae. Sic Sanchez. Et bene. Vnde absolute & sine vlla distinctione non bene citatur pro se à Prado, sicut nec Suarez (vt statim videbimus) nec Raphael.

Respondeo secundò, si quis voueret Deo facere aliquod veniale, & offerret illud ipsum Deo, quasi ipsi placeret, & acceptum esset ei tale peccatum veniale: tunc vouens peccaret mortaliter peccato blasphemiae; quia verè attribueret Deo, quod ei conuenire non potest. Sic Sanchez, loco citato num. 9. & Caiet loco cit. & Armilla verb. votum. n. 1. Raph. de la Torre loco cit. num. 4. sine. Suarez cap. 2. cit. num. 13. his verbis: Poterit autem hoc peccatum esse veniale ex surreptione, & naturali inconsideratione, qua, vel aliquis non aduertit id, quod facit, an Deo promittat, nec ne: vel saltem non aduertit, per promissionem illam significari tale opus esse gratum Deo, sicut etiam de blasphemia in genere docet D. Thomas, &c. Sic Suarez. Qui argumento primæ sententiæ responderet, negando paritatem. Nam in iuramento promissorio (inquit) materia iurata non offertur in cultum Dei, sed Deus adducitur in testimonium veritatis, in quo non inuoluitur grauis irreuerentia in Deum, quia veritas, etiam si sit in materia mala, per se testificabilis est (vt sic dicam) neque est contra bonitatem diuinam illam testificari, quia non propterea censetur illam approbare. At verò per votum materia ipsa offertur Deo in cultum eius, & tanquam illi gratum, & ideo semper videtur esse grauis blasphemia offerre Deo aliquod malum morale, etiam minimum: quia ex vi & genere talis actionis tribuitur Deo, vt illi gratum. Sic Suarez. Legantur dicta à nobis tract. 1. disp. 7. q. 37.

QVÆSTIO XXXVII.

An, peccet mortaliter, qui adimplet votum rei venialis, eo quod vouerit, tale veniale facturum?

Affirmant aliqui, vt vidimus tract. 1. disp. 7. q. 38. Negant alij, vt vbidem diximus.

Sed, iuxta ibidem resolutum à nobis Respondeo peccare mortaliter, si illum non excuset ignorantia. Rationem reddidimus ibi: Et tenent Suarez Sanchez, Palao, Tamburin. & alij loquendo de adimplendo iuramento rei venialis.

QVÆSTIO XXXVIII.

An, quis licitè possit vouere aliquid oppositum consiliis Euangelicis, & aliis consiliis?

Respondeo tanquam quid certum. Quod non. Quia opposita consiliis Euangelicis, non sunt apta materia iuramenti, vt tenet S. Thom. 2. 2. q. 89. art. 7. ad 2. ergo neque erunt apta voti. Sic S. Thom. ibidem, & quodlib. 3. art. 14. & quodlib. 5.

art. 27. vbi ait, quod licet non ieiunare, non dare eleemosynam, non intrare Religionem, sint opera licita; tamen obligatio ad illa est illicita, quia per hanc homo, quantum est in se, obfirmat se contra gratiam Spiritus Sancti, quæ facit hominem ascensiones in corde suo disponere. Sic ex S. Thoma Prado cap. 31. de voto, q. 2. §. 6. num. 1. Et certè hæc responsio ex nuper dictis est clara. Quia votum debet esse de meliori bono: sed est clarum quod opera consiliis opposita, non sunt meliora bona: ergo. Sic etiam. Ioan. à Thoma 2. 2. disp. 29. art. 7.

QVÆSTIO XXXIX.

An, peccet mortaliter, qui, seclusa ignorantia, vouet se facturum aliquid oppositum consiliis; ut non futurum Religiosum; non renunciandum temporalibus, non ieiunandum, &c.?

Respondeo vt multo longè probabilius: Non peccare nisi venialiter; nisi casu quo vouens ita pertinaciter voueat opposita consiliis, vt intendat etiam in articulo necessitatis illa non exequi. Quia tunc peccabit mortaliter; cum consilia in articulo necessitatis, sint in præcepto, vt v. g. est dare eleemosynam in graui necessitate. Sic loquendo de iurante facere contra consilia, tenent, Nauar. Suarez, Caiet. Lessius, Sanchez & alij plures citati *tract. 1. disp. 7. q. 39. Legatur Prado cap. 31. de voto, q. 2. §. 6. num. 59. Raphael 2. 2. q. 88. art. 1. disp. 8. & Ioan. à S. Thoma art. 7. citato.*

QVÆSTIO XL.

An vota contra consilia, possint aliquando cum aliqua moderatione, validè, & licitè emitti?

Respondeo, posse. Sic cõmunis. Raphael præcipue 2. 2. q. 88. art. 2. disp. 8. n. 4. hic verbis: Vota eiusmodi (nempe contra consilia) possunt esse valida & licita cum aliqua moderatione, & circumstantia, ratione cuius illud opus, quod prima facie videtur oppositum cõsilio, nequaquam ei opponitur, sed potius consilium est. V. g. si aliquis nimis præceps in vouendo, faciat votum de non vouendo, nisi adhibitis testibus, vel ex consilio prudentum. Sic ille. Et certè hoc votum esse validum & licitum diximus, cum Sanchez, Soto, Azorio, Tamburino & alijs *tract. 1. disp. 39. vbi egimus de de voto, aut iuramento non vouendi. Legatur tota disputatio.*

Deinde, ait Raphael, si quis fideiubendo indiscriminatim, magnam partem sui census perdidit; poterit iste facere votum validum, de non fideiubendo indiscriminatim pro omnibus; sed attentis circumstantiis temporis, loci, & personarum, sic enim vouere consilium est. Sic ille; & nos *tract. 1. disp. 30. q. 2. cum Sanchez, Soto, Suarez, Aragonio, & alijs, vbi etiam de voto non mutuandi egimus.*

Rursus pergit Raphael; si quis videns se fragilem valde in seruanda castitate, aut subiectione;

prudenter existimat sibi Religionem nocituram; poterit emittere votum de nõ ingrediendo Religionem quousque fragilitati medeatur. Et puto votum esse validum:

Præterea, addit idem, si quis vouerit non ingredi Religionem, vbi seruatur paupertas, quousque parentes alendi moriantur; & sic de alijs iudicato. Probatur assertio. Quia huiusmodi vota, non sunt de operibus oppositis consiliis; sed potius de alijs consiliis. Nam negationes illæ sic moderatæ, consilia sunt satis prudentialia. Hæc Raphael.

QVÆSTIO XLI.

An, votum non acceptandi Episcopatum, aut aliam prælaturam, sit validum?

Negant aliqui Authores, eo quod in cap. Florentinum, dist. 85. damnatur simile iuramentum à S. Gregorio Magno; & ideo tale votum, & iuramentum esse indiscretum, & non obligare, docent Gerson in *reg. Moral. Alphab. 24. lit. K. Siluest. iuramentum 4. q. 1. §. 5. & penes ipsum, Archid. in cap. Florentinum, cit. Raymundus etiam in cap. si aliquid, & in cap. Innocens 2. 2. q. 4. citat etiam Sanchez pro hac parte, Glossam in cap. unico. verb. Sacrosanctis. d. 85. Angelum iuramentum 5. num. 3. Nauarum cap. 12. num. 16. Barbofam. l. alia 15. §. eleganter, num. 28. ff. solut. marim. & Azorium lib. 15. cap. 5. q. 1. vers. Quæres an eiusmodi.*

Sed vt mihi certum: Respondeo tale votum esse validum, & licitum; dummodo restricta sit intentio non acceptandi aut procurandi, quantum est ex parte sua, & seclusa obedientia Pontificis, aut alterius qui possit præceptum imponere. Sic ex D. Thoma 2. 2. q. 185. art. 2. ad 3. docet Suarez lib. 2. de voto, cap. 11. num. 10. his verbis. Dico, si tale votum fieret de non suscipiendo Episcopatum, vel prælaturam, etiam si Pontifex vel alius, qui possit præceptum imponere, id præcipiat, hoc sensu, votum esse inualidum, quia est contra bonos mores. Si autem tale votum solum fiat, de non procuranda prælatura, aut Episcopatu, vel etiam de non acceptando, donec is, qui potest, præcipiat; sic votum esse discretum, sanctum, & validum: quia de se est valde vtile ad spiritualem profectum; occludit enim viam ambitioni, & refrenat affectum honoris, & dignitatis, & aliunde non impedit maius aliquod bonum, vel priuatum, seu personale, vel commune. Sic ille. Cuius doctrinæ veritas confirmatur ex à nobis dictis *tract. 1. disp. 27. per totam, vbi egimus de voto non ambiendi, nec acceptandi Prælaturas. Sic tenent communiter DD. Legantur D. Thom. 2. 2. q. 185. art. 2. ad 3. & q. 89. art. 7. ad 2. Sotus lib. 10. de inst. q. 2. ad 3. Suarez lib. 2. de voto, cap. 11. n. 10. Sanchez lib. 4. cap. 8. n. 37. Corduba summ. q. 154. Rodrig. in sum. cap. 94. n. 15. Bonac. disp. 4. q. 2. pun. 1. n. 27. Diana par. 6. tract. 7. resol. 27. Layman lib. 4. tract. 4. de voto, cap. 2. n. 14. Trullench tom. 1. lib. 2. cap. 2. dub. 5. n. 19. Castro Palao disp. 1. pun. 8. §. 5. n. 7. Prado cap. 31. de voto, q. 2. §. 6. n. 71. Qui idem dicunt de voto non acceptandi prælaturas Regulares, aut sæculares.*

QVÆSTIO XLII.

An aliquis Prælati inferior Pontifice, possit cogere ad acceptandum Episcopatum?

Respondeo, quod non. Quia eius tantum est ad id cogere, qui potest Episcopos confirmare: sed id solus Pontifex potest: ergo. *Confirmatur.* Quia si aliquis posset, maxime Generalis Religionis respectu sui subditi: at hic non potest: ergo. Minor probatur. Quia Prælati etiam maior Religionis, solum potest subditis præcipere quæ pertinent ad obseruantiam regulæ: at Episcopatus potius liberat subditum regulari obseruantia: ergo absurdum est dicere, posse Prælatum id subdito præcipere, per quod ab eius obedientia eximitur. Sic Sanchez *loco cit. num. 38. ex Valentia 2. 2. disp. 10. q. 3. pun. 3. col. 5. concl. 6.* Et constat amplius ex dictis à nobis supra *tract. 1. disp. 30. & sequent.* vbi alia ad id concernentia inuenies.

QVÆSTIO XLIII.

An item, validum sit votum non suscipiendi beneficium, aut quodcumque regimen animarum?

Respondeo etiam vt mihi certum: Esse validum. Quia est de re honesta, & vtili ad profectum spiritualem vouentis. Sic Suarez *loco citato, num. 10. fine:* & ex illo Palati *loco cit. num. 9. & Prado n. 73. Thom. Tamburin. lib. 3. cap. 15. §. 3. num. 5.*

QVÆSTIO XLIV.

An, deinde, validum sit, votum non suscipiendi Ordines, præcipuè sacros?

Negatiuam sententiam tenere Suarez *cap. 11. cit.* ait Prado his verbis. Quod autem votum non suscipiendi Ordines sit inualidum, probat Suarez *num. 8. Tum,* Quia votum eas suscipiendi est validum, cum status Sacerdotalis sit melior quàm coniugalis: ergo votum eas (*lege, eos, bis enim errauit typographus Dominicanus*) non suscipiendi, non valet, cum non sit de meliori bono. *Secundò,* Quia votum suscipiendi Ordinem sacrum includit votum castitatis in futurum. *Tertiò:* nam susceptio Ordinum est res sacra, & diuini cultus, & de se non impedit maius bonum; ergo non est cur tale votum validum sit. Idem docet Barthol. à S. Fausto *lib. 1. q. 66.* Hæc Prado. *cap. 31. de voto, q. 2. §. 6. num. 74.*

Qui oppositum *num. 75.* sequenti, his verbis tuetur: Sed magis consequenter ad dicta, Hostiensis *lib. 3. tit. de voto, §. Quod sint,* & alij affirmant idem de voto non recipiendi sacros Ordines, ac dictum est de voto non acceptandi Episcopatum. Imò S. Augustinus *Epist. 148. ad Valerium,* relatus *cap. ante omnia, dist. 40.* pariformiter loquitur de officio Episcopi, ac de officio Præbyteri aut Diaconi, loquendo de periculo, & difficultate decenter

exercendi. Et S. Chrysostrum *lib. 2. de sacerdotio* puritatem Angelicam meritò exigit, vt congruè quis assumatur ad Sacerdotium. Sicut ergo, non obstante quod dicit Apostolus, quod, *Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat;* tamen propter periculum, indecenter appetitur, vt dicit S. Augustinus. *cap. Qui Episcopatum 8. q. 1. & valet votum illud non quærendi, nec acceptandi, quantum est de se; non obstante quod sit res sacra, & status perfectionis, & habeat annexum votum castitatis: ergo pariter eisdem considerationibus, possunt Sacri Ordines humiliter recusari, & validum erit votum eas (*lege iterum atque iterum, eos*) non recipiendi, nisi cogatur præcepto superioris. Hæc Magister Prado, cui fauet Tamburin. *loco cit.* dicens votum nō suscipiendi Ordines validum fore, si finis sit humilitas, & reuerentia, qualem respexit Sanctus Franciscus, dum ad Sacerdotij gradum noluit ascendere.*

Sed ego distinctius Respondeo dicendum, *Primò sic.* Multo probabilius est quod votum non suscipiendi Ordines sacros, sit omnino inualidum. Probatione, qua vitur Pater Suarez. Nam votum suscipiendi Ordines sacros, est validum: ergo est de meliori bono: ergo votum de negatione opposita, nempe de non suscipiendo Ordines sacros, non potest esse de meliori bono: quia fieri non potest, vt duo obiecta contradictoriè, vel priuatiuè opposita, ita se habeant, vt vnum sit melius altero, & è conuerso per se loquendo, & seclusis extrinsecis accidentibus; imo neque bona æqualia esse possunt; quia semper vnum oppositorum est inferius altero. *Confirmo* id ex eodem Suariorum. Quia susceptio sacrorum Ordinum, de facto includit votum castitatis: ergo votum non suscipiendi Ordines sacros, ex se impedit maius bonum, scilicet votum castitatis: ergo est nullum. Hæc Suariorum argumenta, non illa, quæ sine vlla probatione affirmant Prado.

Ad cuius fundamenta pro sua sententia adducta facile Respondeo. *Ad primum* deductum ex *cap. Ante omnia,* dico, quod D. Augustinus minime æquiparat officium Præbyteri, & Diaconi, cum officio Episcopi in periculo, & difficultate illud decenter exercendi, nec poterat, cum luce clarius sit, periculosius esse & difficilius exercere decenter officium Episcopi, quàm officium Præbyteri, & Diaconi. Patet. Nam officium Episcopi est, habere ingentem curam animarum. Vnde D. Bernad. ad Renaldum Abbatem *Epist. 73.* dicit, quod Episcopatus sit onus animarum infirmarum. Quod vnum vocat D. Chrysostrum *lib. 3. & 6. de sacerdot* pelagus laborum, & abyssum ærumnarum: quia sicut alii (*inquit Sanctus*) præstant Episcopi dignitate, sic partes eorum sunt plus aliis cernere, & plus aliis laborare. In quantis ergo periculis versabitur, qui non de vna sola anima, sed de tot animarum gregibus rationem redditurus est? Hæc Chrysostrum. Non ergo potest D. Augustinus pariformiter loqui de officio Episcopi, ac de officio Præbyteri, aut Diaconi, loquendo de periculo, & difficultate decenter exercendi, vt vult Prado, cum his minime incumbat onus animarum. Vnde Glossa, super illo *cap.* solum facit mentionem de Episcopatus officio, omittis officiis aliorum, & Barbosa sequendo Glossam ita ait: S. Augustinus, Doctorum Ecclesiæ antesignanus *in cap. ante omnia 40. dist.* dicit, nihil esse miserius, tristius, & damnabilius apud Deum, Episcopatus officio, si perfunctoriè agatur; & si, vt decet, nihil periculosius. Hæc Barbosa *de officio, & potest. Episcopi, p. 1. tit. 2. Gossa 11. num. 18.* Igitur licet officia Episcopi, Præbyteri, & Diaconi sint

sint periculosa, & cum difficultate decenter exercentur: nihilominus officium Episcopi multo valde periculosius, & laboriosius est. Cætera quæ adducit Prado, ex dictis cadunt. Sic ergo tenet Suarez *loco cit.* & à S. Fausto, Palau *disp. 1. de voto, pun. 8. §. 5. num. 9.* Trullench *lib. 2. cap. 2. dub. 5. num. 12.*

Resp. secundò, cum eodem Suario, votum non suscipiendi statum clericalè, adhuc non est validum: quia illa est res sacra, & susceptio illius, est actio diuini cultus, & de se non impedit maius bonum: ergo non est cur tale votum validum dicamus. Sic Suarez. Qui rectè aduertit id intelligendum esse ex vi obiecti: nam de fine extrinseco, & accidentali, aliter est dicendum. Nam in aliquo casu, ratione alicuius circumstantiæ, potest esse melius tali personæ, hic & nunc non ascendere ad Sacerdotium, aut non assumere statum clericalem, & tunc validum erit votum non suscipiendi Ordines, aut sumendi statum clericalem: in quo casu tenet verum sententia Pradi, & Tamburini; & id solum probant eorum argumenta, & exempla. Lege Sayrum *lib. 6. cap. 3. numero 25.* & Suarium *loco cit. numero 11.*

QVÆSTIO XLV.

An votum ieiunandi die Dominico sit validum?

Negat Suarez *lib. 3. de voto, cap. 6. n. 21. ibi:* Nam si quis voueret ieiunare die Dominico, certè non obligaretur voto ad petendum à Pontifice facultatem seruandi tale votum: quia est de re simpliciter prohibita intuitu Religionis, & melius est conformari communi consuetudini, quàm dispensatione vti. Ita Suarez. Pro cuius sententia citat etiam Prado, Sayrum *in clau Regia lib. 4. cap. 4. num. 2.* Sed non benè. Nam ibi Sayrus, solum dicit, quod coleret Deum indebito cultu, qui ieiunaret in die Dominico, si id faceret ex studio quodam singularitatis. Ita ille. Et non amplius. Malè ergo illum citat Prado pro sententia Suarij. Legatur Sanchez *lib. 2. decal. c. 37. n. 13.* vbi ex Valentia docet, quod si quispiam quodam singularitatis studio die Dominica ieiunaret, esset peccatum superstitionis. Quia est cultus indebitus superfluous. Sic ille. Qui melius posset citari à Prado pro sententia Suarij, quàm Sayrus. Nam loco citato, n. 16. ita ait: Hinc deducitur votum ieiunandi ordinariè diebus Dominicis, esse irritum, siue ieiunium sit afflictionis, siue exultationis. Quare si quis id voueat, ad nil tenetur, nec id ieiunium in alteram diem transferre. Quia est votum de re illicita (vt num. præcedenti diximus) & docet Suarez *tom. 2. de Relig. tract. de voto, lib. 3. cap. 6. num. 21. fine.* Loquens indistinctè. Hæc Sanchez. Quare ergo illum non citauit Prado pro Suario. Igitur.

Distinctiùs, clariùs, & probabiliùs Respondeo *Primò.* Votum ieiunandi aliquibus diebus Dominicis, ob bonum aliquem finem & peculiarem deuotionem, macerationem carnis, & secluso scandalo, ac vano singularitatis studio, ratum, & validum est, atque obligatorium. Quia tale votum est de re licita, & sancta; vt constat ex dictis à nobis 3. p. *disp. 7. q. 20.* ergo obligabit. Sic Sanchez *n. 16. citato, fine.* & communis.

Respondeo *Secundò* adhuc probabiliùs, quod

votum ieiunandi ordinariè omnibus Dominicis ob bonum aliquem finem, secluso scandalo, & vano singularitatis studio, etiam sit validum & obligatorium. Quia etiam tale votum, modo præfato emissum, est de re licita, & honesta, ac de meliori bono: ergo erit validum, & obligatorium. Consequentia liquet. Antecedens constat etiam tum ex dictis 3. p. *loco cit.* Tum etiam, quia si licitum est ieiunare aliquibus diebus Dominicis, cur non erit omnibus, cum eadem sit ratio. Sic ex D. Thomas *in 4. d. 15. q. 3. art. 3. q. 2.* Lessio *lib. 4. cap. 2. dubit. 9.* & Azorio *1 p. lib. 7. cap. 26. q. ultima.* Bonacina, & Trullench docet. Prado *cap. 31. de voto, q. 2. §. 8. à num. 107.* Legantur dicta à nobis 3. part. *loco citato, & part. 6. tract. 9. disp. 1. quest. 8.*

QVÆSTIO XLVI.

An, qui fecit votum de ieiunanda vigilia alicuius Sancti, si hæc incidat in Dominica, possit die sabbati antecedenti ieiunare?

Affirmat, sed cum quibusdam limitationibus, Syluester *votum 2. q. 16.* vbi ita ait: Decimosexto quæritur, an benè voueat ieiunare in festo alicuius Sancti, si eueniat in Dominica? Et dicit Ioan. de Neap. in *Quodlib.* quod aut votum fuit de ieiunio afflictionis, scilicet, ad satisfaciendum pro peccatis, aut subiugandi corpus, aut de ieiunio exultationis, scilicet, vt esset dispositior ad gaudium & contemplationem Diuinorum, aut de neutro, quia scilicet, non cogitauerit, aut de utroque. In primo casu ieiunandum est sabbato præcedenti, quia debet se conformare Ecclesiæ, quæ tale ieiunium transfert. In secundo verò ieiunet in Dominica, quia est votum virtuosum, & ligans. *art. d. 77. vti nam.* In tertio verò iterum in Dominica, quia præsumitur ieiunium exultationis. In quarto vero, in sabbato: quia cæteris paribus, debet se conformare vniuersali Ecclesiæ. Hæc omnia Syluester.

Prado verò *cap. 31. de voto, q. 2. §. 8. num. 109:* absolute, & sine vlla distinctione dicit, quod si votum emittatur de ieiunanda vigilia alicuius Sancti, melius sit die sabbati ieiunare, conformando se consuetudini Ecclesiæ, de qua Syluester *v. votum 2. q. 16.* Hæc Prado, qui, vt vides, non ita bene affert Syluestrum. Igitur clariùs Respondeo *Primò* vt quid certum; quod si quis voueat ieiunare in vigilia alicuius Sancti, intendendo expresse ieiunare illà, etiam si incidat in ea dies Dominica; tunc tenetur ieiunare illa die. Quia re vera ad id voluit vouens expresse se voto obligare: ergo. In hac responsione communiter veniunt DD.

Respondeo *Secundò*, contra Syluestrum, ex parte. Qui votum fecit de ieiunanda vigilia alicuius Sancti absolute, si hæc incidat in die Dominica, licet teneatur ex vi voti in illa ieiunare; optime tamen potest anticipare ieiunium, & illud obseruare die sabbati antecedenti. Quia per hanc translationem conformat se moti vniuersali Ecclesiæ, & ideo in hunc modum interpretari debet voluntas vouentis ieiunium dictum, siue sit afflictionis, siue exultationis, quando expresse aliud noluit. Sic tenent Tamburini, & Prado citati supra *tract. 1. disp. 20. q. 8.* & Diana *par. 9. tract. 8. resol. 6. vers. item qui vouit.*

QVÆSTIO XLVII.

An item, qui votum emisit de ieiunanda vigilia Annunciationis B. Mariæ, si illa incidat in feria secunda, aut tertia Paschæ Resurrectionis, teneatur in illa ieiunare?

Negat Prado *cap. 31. de voto, q. 2. §. 8. n. 109.* per hæc verba: Si autem votum emittatur de ieiunanda vigilia alicuius Sancti, melius esset die sabbathi ieiunare, conformando se consuetudini Ecclesiæ, &c. Eademque ratione, qui votum emisit de ieiunandis vigiliis B. Virginis, si festum Annunciationis incidat in feriam tertiam Paschæ, non tenetur feria secunda ieiunare, sed potest differre ad vigiliam diei, in qua fit officium ab Ecclesia de dicto festo. Si autem festum esset feria secunda Paschæ, sufficeret ieiunium sabbati, conformando se Ecclesiæ consuetudini, iuxta quam ieiunium festi habentis vigiliam transfertur ad Sabbatum præcedens, etiam si illud Sabbatum esset alio titulo de præcepto ieiunandum. Hæc omnia Prado, sed non omnia bene: vnde.

Respondeo *Primò* vt quid certum, qui vouit ieiunare in vigilia Annunciationis B. Mariæ virginis, si illa feria secunda, aut tertia Paschæ occurrat, verè tenetur in illis ex vi voti ieiunare. *Primò*: Quia licitum est tempore Paschali ieiunare, vt ex iure & communi Doctorum diximus *3. p. tract. 5. disp. 7. q. 20.* ergo ex vi voti tenebitur in dicta feria Paschæ ieiunare. *Secundò* quia falsum omninò est, quod possit vouens differre absolutè ieiunium ad vigiliam diei, in qua fit officium ab Ecclesia de dicto festo Annunciationis. *Tum*, quia non ieiunaret tunc in vigilia, seu vespera Annunciationis festi, cum iam ab Ecclesia celebratum fuerit, quoad omnia, excepto officio, feria quarta infra octauam Paschæ. *Tum etiam*, quia tunc vouens non se conformaret Ecclesiæ consuetudini, cum illa nunquam postponat, sed semper, occurrente casu, anteponat ieiunium, vt omnibus constat: non igitur est eadem ratio, vt putauit Prado, ac est in illo, qui vouit ieiunare in vigilia alicuius Sancti, & ieiunauit die sabbati antecedenti Dominicam in qua vigilia occurrit, quia ibi se conformauit consuetudini Ecclesiæ; hîc verò minimè.

Respondeo *secundò*. Casu quo Annunciationis occurreret festum secunda die Paschæ, optimè poterit vouens ieiunare die sabbati antecedenti, conformando se consuetudini Ecclesiæ, iuxta quam ieiunium festi die Dominica occurrens, anteponitur (non transfertur, vt inaduertenter scripsit Prado) die sabbati præcedenti. Hæc responsio constat ex dictis quæst. antecedenti, & est communis.

§. VI.

De voto, & iuramento Contrahendi matrimonium.

QVÆSTIO XLVIII.

An, si quis cum iuramento promittat alicui femina nuptias, teneatur vi iuramenti illas adimplere?

Respondeo vt quid certum. Teneri (nisi Religiosum, aut sacerdotem esse decreuerit) quia tunc non solum obligatur iurans vi contractus, sed vi iuramenti ad contrahendas nuptias. Sic docent omnes communiter. Legantur infra adducendi. Qui secus dicunt casu, quo iuramentum soli Deo fieret, vt infra.

QVÆSTIO XLIX.

An etiam, si quis voueat contrahere matrimonium absolute, teneatur, vi voti, ad illud contrahendum?

Affirmandum, ex nuper dictis, videtur. Quia si quis iuret alicui feminae contrahere cum illa nuptias, tenetur, vi iuramenti ad illas contrahendas: ergo & qui vouit, tenebitur; quia iuramenti, & voti vna, & eadè videtur ratio. Sic apud Ioan. à S. Thoma tenet Caiet. *2. 2. q. 88.* & Nauar. *cap. 12. n. 43.* Sed certè Nauar. oppositum expresse docet ibi *versu decimo quarto, sine*: imo & Caiet.

Sed nihilominus, vt quid certum Respondeo non teneri talem ad contrahendum matrimonium. Ratio est, quia votum contrahendi matrimonij (exclusis quibuscunque circumstantiis) non est de re meliori: ergo votum de contrahendo matrimonio per se, & ex genere suo, non est validum. Consequentia liquet. Antecedens etiam patet: Quia tale votum impedit & statum Religiosum, & etiam statum continentia & cælibatus, quos esse perfectiores, & meliora bona statu matrimoniali constat de fide ex Trident. *sess. 24. can. 10.* ergo. Sic omnes Doctores. Legantur Sanchez *lib. 1. de matrim. disp. 3. & lib. 4. Decal. cap. 8. num. 51.* Suarez *lib. 2. de voto, cap. 9. num. 2.* Layman *lib. 4. tract. 4. de voto, cap. 2. num. 12.* Azor *1. p. lib. 11. cap. 13. q. 9.* Gutierrez *de matrim. cap. 4. num. 6.* Sayrus *lib. 7. de iust. q. 1. ar. 3.* Raph. de la Torre *q. 88. art. 2. disp. 9.* Castro Palau *disp. 1. de voto. pun. 8. §. 5. n. 12.* Thom. Tamburin. *lib. 3. Decal. cap. 15. §. 4. n. 4.* Prado *cap. 31. de voto, §. 5.* Raphael *q. 88. art. 2. disp. 9. num. 10.* Ioan. à S. Thoma ibi *disp. 29. art. 7.*

Nec obstat paritas iuramenti; quia voti est dispar ratio. Quia votum soli Deo fit; iuramentum vero homini; & ideo, qui iurauit nuptias, seu sponsalia, tenetur illas adimplere, sicut & alios contractus humanos, eo quod homini, cui facta est hæc promissio, gratior est eius impletio, quàm cælibatam vitam ducere; Deo autem minus placet votum, seu promissio



promissio matrimonij, quam perseuerantia in statu continentia, & ideo, cum non sit de meliori bono, non obligat. Addo maioris claritatis gratia, quod casu, quo iuramentum soli Deo fiat, minime sit validum, vt ex dictis colligitur.

QVÆSTIO L.

An saltem, votum contrahendi matrimonium esset validum, casu, quo matrimonium vouenti esset in præcepto?

Respondeo vt quid certum: Tunc esse validum, & obligare. Quia tunc tale votum non impedit meliorem statum, sed vouentem, aliunde impeditum, & obligatum, firmiorem in obligationem reddit, quod honestissimum est. Quid enim honestius esse potest, quam diuinorum præceptorum obseruatio. Quapropter votum factum de contrahenda puella, quam quis sub fide data violauit, verè valet & obligat. Sicut & votum contrahendi matrimonium, casu quo vouens ad vitandum magnum scandalum, vel ad seditiones, & bella sedanda, &c. sub mortali matrimonium inire teneretur. Sic vt certum tradunt communiter DD. Legantur Sanchez, Suarez, Azor, Layman, Palaus, Raphael, Tamburinus, & alij citati.

QVÆSTIO LI.

An item, validum sit votum contrahendi matrimonij ad legitimandos filios ex concubina genitos?

Respondeo vt certum: Etiam esse validum, præcipuè si fiat ad honorem feminae consulendum: quia tunc etiam matrimonium est sub præcepto, & ideo aptum, vt voti materia sit. Sic omnes. Raphael loco cit. numero 1. ibi. Præterea, votum contrahendi matrimonium est validum, si fiat ad legitimandos filios ex concubina genitos, & illius honori consulendum: quæ obligatio maxime procedit in articulo mortis; & solet sæpe occurrere, & præcipuè quando nocentum illatum est alicui feminae sub promissione ducendi illam in vxorem. Sic illè, omninò ex Suariorum (quem non citat) lib. 2. de voto, cap. 9. num. 8. Azorio 1. p. lib. 11. cap. 13. q. 9. Prado cap. 31. q. 2. §. 5. num. 44.

QVÆSTIO LII.

An deinde, validum sit votum de contrahendo matrimonio, si fiat animo non consummandi, sed ingrediendi Religionem, ante consummationem, aut utriusque castitatis voto emisso?

Affirmat Sotus, tale votum esse validum, si ab utroque contrahente votum castitatis emittatur. Ita ille lib. 8. de inst. q. 1. art. 3. vers. Sed ais saltem. Cuius ratio est: Quia aliàs Sanctissima Virgo & Ioseph, non recte in contrahendo matrimonio processissent; cum illud, emisso ab utroque castitatis voto, contraxerint: ergo.

Sed vt quid certum Respondeo tale votum non esse validum: nisi aliàs aliqua esset specialis ratio ob quam ad Dei honorem id matrimonium expediret, vt adfuit in matrimonio B. Mariae Virginis.

Probat *primò*. Quia ducere vxorem animo non consummandi, regulariter est illicitum. *Secundò*, quia matrimonij contractus constituit contrahentem in periculo violandi votum castitatis, & recedendi ab statu cœlibatus: ergo non est gratior Deo, quàm illius carentia: vnde quia huiusmodi periculum in Sanctissima virgine, & Ioseph longè aberat, & eorum matrimonium in fines perfectissimos à diuina prouidentia dirigebatur, viâ perfectionis nec præclusit, nec difficiliorem reddidit, & ideo fuit validum. Sic communis. Sanchez lib. 1. de matrim. disp. 4. num. 2. & lib. 4. Decal. cap. 8. num. 52. Suarez lib. 2. de voto, cap. 9. num. 6. & 7. Gutierrez de matrim. cap. 4. num. 7. Layman lib. 4. tract. 4. de voto, cap. 2. n. 12. Palaus disp. 1. de voto, pun. 8. §. 5. num. 12. Prado cap. 31. q. 2. §. 7. num. 46. Raphael 2. 2. q. 88. art. 2. disp. 9. n. 3. Legantur à nobis dicta part. 2. tract. 9. de matrim. disp. 6. q. 11.

QVÆSTIO LIII.

An saltem, validum sit votum contrahendi matrimonium, factum ab illo, qui ita se fragilem, & procliuem ad carnis peccata sentit, vt vix contineri possit?

Affirmant plures DD. tale votum esse validum, & ideo teneri vouentem matrimonium contrahere, ad implendum votum. Quia (inquiunt) posita illa facilitate peccandi, vtilius est vouenti matrimonium contrahere, quàm cœlibem existere: ergo potest se obstringere voto ad illud contrahendū: patet, quia hic, & nunc est de meliori bono respectu vouentis sic tentationibus vexati. Ita sentiunt Caiet. 2. 2. q. 88. art. 2. dub. ultimo. Nauarr. cap. 12. num. 42. Bellarmin. lib. 2. de Monach. cap. 14. in fine. Valentia 2. 2. disp. 6. q. 6. pun. 2. disp. 4. Azor 1. p. lib. 11. cap. 13. q. 9. Toletus lib. 4. sum. cap. 17. num. 18. Sanchez lib. 1. de matrim. disp. 4. (non 3. vt legi apud Pradum) numero septimo. & lib. 4. Decal. cap. 8. num. 52. Gutierrez de matrimonio, cap. 4. numero octauo, Bonacina disputatio. 4. quest. 2. pun. 1. num. 21. & apud

apud illum, Henricq. Laym. Filliuc. & alij. Villalob. tom. 2. tract. 34. diff. 2. n. 18. & 19. Barth. à S. Fausto lib. 1. Theſauri. q. 74. & apud Bonacinam, & Pradam, Suarius lib. 2. de voto, cap. 9. num. 14.

Alij contrà negant eſſe validum, & conſequenter affirmant, non teneri vouentem matrimonium contrahere. Quia adhuc poſita illa procliuitate, & facilitate ad peccandum, votum de matrimonio contrahendo impedit maius bonum formaliter, nempe vitam cœlibem, & Religionis ſtatum: ergo à Deo acceptari non poteſt: ergo non eſt validum. Ita tenet Prado cap. 31. de voto, qu. 2. §. 5. n. 50. citans pro ſe Sotum lib. 7. de iuſt. q. 1. art. 3. §. contra hanc. Aragon. 2. 2. q. 88. art. 3. Raphaelẽ ibi, diſp. 9. n. 6. Ioannem à S. Thoma diſp. 29. art. 7. concl. 4. Ioan. à Cruce de voto, dub. 2. concl. 4. in fine. Leſſium lib. 2. cap. 40. dub. 7. num. 44. & Caſtrum Palaum diſp. 1. de voto, punct. 8. §. 5. num. 14.

Sed certè ex his Authoribus, Palaus cum limitatione amplectitur hanc ſecundam ſententiam: ait enim, loco citato, ſic: Ex his ſententiis ſecunda mihi verior videtur abſolutè loquendo; & priorem admitterem, eo ſolo caſu, quo noles oratione, pœnitentiis, alijsvè remedijs vt ad tentationes vincendas. Matrimonium namque ea ſolum ratione tibi vtilius eſſe poteſt, quam cœlibatus, quatenus eſt medium ad tentationes temperandas, & lapſus excuſandos. At non eſt vnicum medium, cum ſint plura diuinæ voluntati gratiora, & acceptiora: ergo ſi illis vti vis, non obligaris medium matrimonij aſſumere: ergo ſolù obligari poteſ, caſu, quo nolis alijs remedijs vti, quæ eſt ſolum quædam condicionalis obligatio, quam pro tua voluntate poteſ infringere. Et ita tenent Suarez tom. 2. de Relig. lib. 2. cap. 9. à num. 12. Leſſius lib. 2. cap. 40. dub. 7. n. 44. Coninch. 3. p. tom. 2. diſp. 22. dub. 20. Paulus Laym. lib. 4. ſum. tract. 4. cap. 2. n. 12. Hæc Palaus. Qui melius citat Suarium & Leſſium, quàm Prado. Igitur hi non ſunt omnino pro ſecunda ſententia, ſed ſolum ſecundum partem. Omnes relatæ ſententiæ valde probabiles ſunt. Sed quæ mihi probabilior, ex adiecta quæſtione colliges; ſit ergo.

QVÆSTIO LIV.

An, validum ſit votum non nubendi, factum ab eo, cui ſalubrius eſt matrimonium, ob frequentem lapſum in res venereas, inire?

Negant tale votum eſſe validum quidam Doctores, & probant ſic. Quia votum contrahendi matrimonium factum ab illo, cui ſalubrius eſt matrimonium, ob frequentes in res venereas lapſus, inire, verè eſt validum, & obligatorium, eo quod reſpectu ipſius vouentis, ſit de meliori bono: ergo vorum non nubendi huic contrarium, eſt de minori bono reſpectu ipſiuſmet vouentis: ergo inuvalidum, & non obligans: patet conſequentia: quia duæ res cõtradiatoriæ, nequeunt eſſe legitima materia voti, in eodem, & pro eodem tempore. Ob id, & alia, ita ſentiunt Petr. Ledefina 2. p. ſum. tract. 10. cap. 2. dub. 5. concl. 6. Bonac. diſp. 4. qu. 2. pun. 1. nu. 26. Qui tamen addunt, teneri huiusmodi vouentẽ impetrare diſpenſationem à ſummo Pontifice. Quod additum implicationem inuoluit, vt benè Sanchez aduertit. Si enim votum eſt inuvalidum, & irritum, non eget diſpenſatione, & ſi eget,

R. P. Leand. in Decal. T. II.

non eſt irritum. Idem ſentit Raph. 2. 2. q. 88. art. 2. diſp. 12. n. 6. & fauent alij citati à nobis 2. p. tract. 9. de matrim. diſp. 23. q. 2. Et tenet Homobonus, quem citat, & ſequitur Caramuel fundam. 51. num. 1410.

Alij contrà affirmant, docentes tale votum eſſe validum, & verè matrimoniũ impedire. Quia contrarium eſt contra cõmunem Eccleſiæ vſum. Nam quantumuis quis carnis illecebris vexetur, & incontinens ſit, ſi voto caſtitiſ ſe deuinciat, ſemper à Pontifice diſpenſationem impetrat, nec illi ad ineundum matrimonium conceditur niſi regidiſſima commutatione iniuncta. Sic Sanchez lib. 7. de matrim. diſp. 11. n. 8. & lib. 4. Decal. cap. 8. num. 10. Baſilius de matrim. lib. 6. cap. 12. num. 2. Suar. lib. 4. de voto, cap. 19. n. 9. Trullench, & Diana citati à nobis 2. p. q. 2. dicta. Prado cap. 31. qu. 2. de voto, §. 5. num. 54. dicens, oppoſitam doctrinam eſſe falſam; ſed nimis rigidè, vt mos eſt illi.

Vnde ego iterum Reſpondeo dicendum, quod ex his duabus ſententijs, prima ſpeculatiuè ſit probabilior; ſecunda vero, practicè. Vtrumque probatum inuenies 2. part. quæſt. 2. citata. lege illam & quæſtionem tertiam ſequentem, vbi probabiliter dixi, primam ex dictis ſententijs eſſe probabilem, & tuto amplecti poſſe, ſeruatis requiſitis circumſtantijs.

Ex quibus iam colligere poteſt quis, quidnam reſpondendum ſit quæſtioni antecedenti. Dicendum namque, quod prima ſententia aſſerens, votum contrahendi matrimonium emiſſum ab illo, qui carnis tentationibus crebrò vexatur, eſſe validum, & conſequenter teneri vouentem ad matrimonium contrahendum; verè ſit probabilior, ſpeculatiuè adiuncta limitatione Palaus, & aliorum. Secunda vero practicè. Poteſt tamen quis tuto ſequi quamlibet ex illis.

QVÆSTIO LV.

An etiam prima ſententia relatã ſit probabilis, loquendo de voto ſolemni caſtitiſ?

Affirmandum videtur. Quia iuxta noſtram doctrinam, votum ſolemne, & ſimplex, non diſtinguuntur ſpecie: ergo de vtroque debemus eodem modo philoſophari: ergo ſi Religioſus experiatur eſſe ſupra vires ſuas caſtitiſ, (quam ſolemniſter vouit ſeruare) tunc iam non tenebitur tali voto, & conſequenter, poterit nubere.

Sed vt certum Repondeo: minimè eſſe probabilem dictam ſententiam, loquendo de voto ſolemni. Quia licet probabile ſit votum ſolemne non diſtingui ſpecie à ſimplici, non tamen quod de vtroque debeat eodem modo philoſophari: propter magna mala, aut damna quæ inde oriuntur. Sic omnes DD. & præcipuè Caramuel in ſua Theolog. fundam. 51. §. 4. num. 1403. pag. mibi 394. Legatur.

QVÆSTIO LVI.

An, validum sit votum, quod quis absolute emisit ducendi meretricem in uxorem, et eam liberaret à malo statu?

Affirmant aliqui, inter quos Azor *1. p. lib. 11. cap. 14. quest. 9. col. mibi 1382.* his verbis: sed animaduertendum est, posse nuptias alio modo in votum cadere. Vt si quis Deo promittat, se certam puellam uxorem ducturum, vt eam corporis, vel animæ interitu liberet, vel vt ipsemet eius puellæ vita, & honestis moribus ad gloriam æternam consequendam vehementius incitetur: nam eiusmodi finis est bonus, & laudabilis. Ita Azor. Henriquez *lib. 11. cap. 6. num. 5.* Philiarcus *tom. 1. part. 2. lib. 3. cap. 17. num. 3.* quos citat, & sequitur Villalobos *2. p. tract. 34. diff. 2. num. 20.* His addit Prado Egidium Trullench *lib. 2. Decal. cap. 2. dub. 5. n. 14.* & Bart. à S. Fausto *lib. 1. Thesauri, quest. 76.* Sed ex his Trullench non docet id absolute, sed cum limitatione, quam adhibent Suarez, Lessius, & Bonac. de qua infra.

Sed probabilius Respondeo tale votum absolute emissum esse inualidum, & non obligare. Quia etsi factum fuerit titulo pietatis, & misericordiæ; tamen titulus non excusat, quin res promissa excludat à vouente statum perfectiorem, & continentiam Deo gratiorem: ergo tale votum sic absolute emissum, nequit esse validum. *Confirmatur.* Quia etsi salus spiritualis scemina sit magni habenda, at matrimobium non est medium per se ordinatum ad eam, nec omnino sufficiens: ergo gratius est Deo, vt hic suam salutem securiorem reddat, amplectendo statum cœlibatus, aut Religionis, perfectiorem: ergo, &c. Sic Sanchez *lib. 1. matrim. disput. 4.* (non 3. vt leges apud eundem Sanchez loco mox citando) *num. 12. & lib. 4. Decal. cap. 8. num. 54.* Suarez *lib. 2. de voto, cap. 9. num. 18.* Layman *lib. 4. sum. tract. 4. de voto, cap. 2. num. 12.* Palatis *disput. 1. punct. 8. §. 5. num. 15.* Raphael *2. 2. quest. 88. art. 2. disp. 9. num. 10.* Quos videtur sequi Prado loco cit. *num. 56.* Qui idem dicunt, & consequenter, de voto absolute emissio ducendi in uxorem pauperulam.

QVÆSTIO LVII.

An saltem, tale votum sit validum, si fiat, non absolute, sed sub conditione; nempe, voueo, quod si aliquam uxorem ducturus sum, ducam meretricem vt illam à morte spirituali liberem: vel pauperem, vt ei subueniam?

Respondeo vt certum: Tunc tale votum esse validum, & ratum. Quia ex vi illius, non obligatur vouens ad matrimonium ineundum; sed matrimonio ex sua voluntate assumpto, obligatur ad perfectissimum vsum illius. Sic Sanch. *lib. 1. de matrim. disp. 4. num. 12. & lib. 4. Decal. cap. 8. n. 55.* Suarez, Layman, & Palas locis citatis. Trullench *lib. 2. cap. 2. dnb. 5. num. 14.* ibi: secundo valet tale


votum, si quis promittat matrimonium puellæ, vt eam à periculo animæ, vel corporis liberet; vel vt pauperulam, propter Deum ducat, vt tenet Azor, & Villalob. (*locis nuper citatis*) Hoc tamen intellige, secundum Lessium, supposita constanti voluntate ducendi: ea enim mutata, definit votum. Imo existimo, posse cum alia contrahere, nisi fortè voueat sub conditione, hoc pacto: si nubam, ducam pauperem, aut meretricem; tunc enim tenebitur ducere pauperem, aut meretricem, posito quod nubat; quia melius est in honorem Dei, ducere pauperem, vel meretricem, quàm aliam, vt bene Suarez *lib. 2. de voto, cap. 9. num. 17.* & Bonac. *disp. 4. quest. 2. pun. 1. n. 21.* Hæc omnia Trullench Prado etiam loco cit. *num. 57.*

QVÆSTIO LVIII.

An, votum præfatum emissum, sub hac forma absoluta; voueo Deo, me ducturum puellam pauperem, vel meretricem; habeat supra dictum sensum conditionatum; si aliquam ducturus sum, voueo ducere pauperem, vel meretricem?

Affirmat Suarez loco citato, *num. 21.* eo quod sic vouens, intendit se obligare quantum potest, cum ergo non possit se obligare ad matrimonium absolute, vt habitum est supra *qu. 48. & 54.* censendus est, voluisse se obligare ad illud, sub conditione, iuxta illam Regulam, *Si non valet quod ago, vt ago; valeat, vt valere potest.*

Sed probabilius Respondeo tale votum non habere supra dictum sensum conditionatum. Quia præfata illa verba verè sunt absoluta: ergo dum de conditionata intentione vouentis non constat, sine fundamento in sensu conditionato explicatur. Vnde votum dictum emissum sub forma absoluta, ad nil obligat, cum impediatur maius bonum. Sic Sanchez, quem citat, & sequitur Palas loco citato, *num. 15. vers. solum est.* Prado *n. 57. citato.*



DISPUTATIO V.

De personis, quæ vouere Deo possunt.

QVÆSTIO PRIMA.

An omnes homines ratione vtentes possint astringi voto, nisi specialiter impediuntur?

RESPONDEO VT CERTUM: Possè. Quia omnis vtens ratione, vouere potest promittere rem honestam, & gratam Deo: ergo si Deus illam acceptet, verè voto astrictus manebit. Sic omnes. Qui idem docent loquendo de personis, quæ iuramento obstringi possunt, vt diximus *tract. 1. disputat. 6. §. 2. quest. 3. & disp. 43. qu. 12.* Legantur D. Thom. *2. 2. quest. 88. art. 8. & 9.* Suarez *lib. 3. de voto, à cap. 1.*

cap.1. Thom. Tamburin. lib. 3. in Decal. cap. 12. §. 5. Trullench. lib. 2. cap. 2. dub. 11. Palaus disp. 1. de voto, pun. 19. Prado cap. 31. de voto, quest. 12. Sanch. mox citandus, & alij passim. Qui contra consequenter dicunt, de pueris qui vsum rationis non sunt adepti.

QVÆSTIO II.

An, masculus & femina possint ante pubertatem voto se obstringere, & obligare?

Negarunt aliqui, quos retulimus tract. 1. disp. 41. quest. 12.

Sed vt mihi certum Respondeo iterum: Posse. Sic D. Thom. Caiet. Sorus, Palud. Nauar. Aragon, Azor, Sanch. & alij ibi citati. Tamburin. Pradus.

QVÆSTIO III.

An, pueri post septennium, possint validè vouere?

Respondeo vt mihi certum: Posse. Constat ex dictis disp. 41. citata qu. 13. vbi quest. 14. tractauimus; An etiam vota facta à puero ante septennium, possint esse valida. Et quid dicendum in casu dubij perfecti vsus rationis, quest. 15. Sic Authores ibidem citati. Necnon Tambur. lib. 3. cap. 12. §. 5. num. 1. & 2. vbi totam doctrinam à nobis ibidem traditam, his verbis concludit: omnes ratione vtentes, nisi specialiter ab habente potestatem inhabiles reddantur, & nisi sint sub alicuius dominio, voto obstringi possunt. Dixi primò, vtentes ratione, vt excluderentur amentes, puerique nondum septennes, nisi euidenter constet perfecto vsu rationis potiri: nam in dubio, nequaquam potiri præsumuntur, ante septennium. Sic ille, & antea lib. 1. cap. 3. §. 7. v. atas. num. 6. & 7. pag. mihi 16.

§. I.

De votis, quæ Religiosi emittere possunt.

QVÆSTIO IV.

An Religiosi possint validè, & meritorie, emittere aliqua vota de materia honesta, quæ non sit præiudicialis Superioribus, absque expressa suorum Superiorum licentia?

Negant Ricard. Angel. Rosella, Maior, quos sequitur nouissimè Acacius March. vt vidimus supra, tract. 1. disp. 16. qu. 26. Quibus nunc addo Valentiam 2. 2. disp. 6. qu. 6. punct. 6. & quest. 1. vers. Et quoniam. vbi pro se affert D. Thomam 2. 2. quest. 88. art. 7. ad 3. & non malè. Nam hæc sunt Sancti Doctoris verba: Nullum votum Religiosi est firmum, nisi sit de consensu Pralati. Hæc S. Doctor. Ita etiam sentit loquendo de Benedictinis, Caramuel comment. in opusc. D. Benedicti, num. 1798. pag. mihi 20.

Sed probabilius Resp. posse Religiosos emittere validè, & meritorie aliqua vota de re bona, & honesta, adhuc externa, sine expressa licentia, aut

R. P. Leand. in Decal. T. II.

consensu suorum Superiorum. Quia ratio subiectionis non est tanta in Religiosis, vt tollat libertatem volendi vouere aliqua non præiudicantia suis Superioribus. Sic diximus supra tract. 1. de iuram. disp. 16. quest. 26. cum Lessio, Armilla, Nauarro, Syluestro, Caiet. Soto, Fagundez, Sanchez, Suario, Filiucio, Azorio, Miranda, Aragonio, Portellio, & Peyrino. Quibus nunc addo Tamburin. lib. 3. in Decal. cap. 12. §. 5. n. 8. Castrum Palaum tom. 3. tract. 15. disp. 1. de voto, punct. 19. à num. 2. Sayrum in Clauis Reg. lib. 6. cap. 5. num. 22. Summ. Coron. p. 3. tract. de voto, n. 6. Ludou. Lopez 1. p. sum. cap. 48. Medinam in sum. lib. 1. cap. 14. §. 6. Prado cap. 31. de voto, quest. 12. §. 4. n. 23. Trullench lib. 2. Decal. cap. 2. dub. 11. n. 7. (Et loquendo de votis actuum internorum, ita sentit Caramuel loco cit. quia ij, inquit, non subduntur humanæ auctoritati,) sic etiam Bassæus tom. 1. votum §. num. 12. & tom. 2. votum 1. num. 20. Luysius de Torres in sum. p. 1. cap. 154. dub. 2. licet expressè dicat, probabile esse contrarium, Ioan. à S. Thoma 2. 2. quest. 88. disp. 29. art. 16.

QVÆSTIO V.

An, votum de materia præcepta emissum à Religioso, sine licentia expressa sui Pralati, sit validum?

Negant Authores nuper pro prima sententia adducti, dicentes esse inualidum, ex defectu consensus Superioris.

Sed probabilius Respondeo: Esse omnino validum. Quia votum de materia alias præcepta, nec perfectionem impedit, nec Superioris iuri præiudicat: ergo est validum. Sic Authores citati pro nostra sententia quæst. antecedenti. Præcipuè S. Thom. Suarez, Sanchez, Lessius, & Palaus.

QVÆSTIO VI.

An saltem sit inualidum votum, factum à Religioso, de materia sibi interdicta per suas leges, vel mandatum sui Pralati?

Respondeo vt quid certum: Esse omnino inualidum. Quia materia talis voti, vel interdicta est, quia est mala, & sic constat certissimè, non esse capacem voti obligationis; cum malum non sit materia, vel est interdicta, quia sic conuenit rectæ gubernationi, & sic adhuc non est apta voti materia, vt bene probat Palaus loco citato, pun. 19. ex Suario, Sanchez, & aliis. Prado loco cit. n. 24. & communis. Legantur Bassæus, Ioan. à S. Thoma locis citatis. Legantur dicta à nobis supra tract. 1. disp. 9. quest. 49.

QVÆSTIO VII.

An, valeat votum emissum à Religioso de re honesta, prohibita tamen quoad modum, videlicet, ne fiat sine licentia, ut si v. g. prohibeat Prelatus, ne sui subditi tali, vel tali die ieiuent, sine licentia?

Respondeo validum esse. Quia votum de ieiunio faciendo subintellecta conditione, si Prelatus consenserit, validum est. Quia ieiunium cum licentia non prohibetur, sed potius consulitur. Sic Suarez *lib. 3. de voto, cap. 6. num. 6.* Sanchez *lib. 4. Decal. cap. 25. num. 8. & 10.* Lessius *lib. 2. cap. 40. dubit. 13. num. 74.* Layman *tract. 4. cap. 7. num. 6.* Palaus *num. 7.* Prado *loco cit. n. 24. & 25. & n. 26.* ubi ait: omnes consentire quod ex vi voti obligetur licentiam petere. Quod probat Palaus *num. 8.* sic: Quia promissum absque illa licentia non est materia voti: ut ergo voti materia sit, illa licentia sub re promissa continetur: ergo etiam continetur petitio illius, ut potè medium moraliter necessarium ad eam obtinendam. Sic Palaus. Legantur etiam Raph. de la Torre 2. *quest. 88. art. 8. disp. unica, num. 16.* Trullench. & alij. Qui idem dicunt de votis emissis à filiis impuberibus, vxoribus, & feruis, sine licentia patris, mariti, & domini.

QVÆSTIO VIII.

An, votum faciendi aliquam eleemosynam, factum à Prelatis Religionum; sit validum, & obliget?

Respondeo ut certum; validum esse, & obligare, dummodo eleemosyna promissa, non excedat facultatem ipsis præscriptam. Imo si excedit, valebit adhuc sub ea conditione si Superior maior, licentiam dederit. Et idem est dicendum, de subditis habentibus administrationem aliquam bonorum Conuentus. Sic Sanchez *lib. 4. cap. 25. num. 13.* ex Suario *tom. 2. de Relig. lib. 3. de voto, c. 7. n. 3.* & ex utroque, Palaus *disp. 1. pun. 19. n. 10.* Lege me ipsum *part. 6. tract. 5. disp. 3. §. 3. qu. 86.*

QVÆSTIO IX.

An etiam votum elargiendi eleemosynam ex rebus suo proprio vsui applicatis; factum à subditis Religiosis, sine licentia suorum Superiorum, sit validum, & obligatorium?

Respondeo: validum esse, & obligatorium. Quia emittitur, sub tacita conditione, si Superior licentiam dederit. Et ideo in eo casu, obligantur Religiosi ad licentiam petendam; nisi alias ex præscripta consuetudine, concessa illis sit. Sic Sanchez *loco cit. n. 14.* ex Suario *loco citato cap. 7. num. 5.* id probans, eo quod talis Eleemosyna non dedecet statum Religiosum, ne sit de re illicita, sed licita quidem sub conditione tacita, si Superior consenserit. Sic etiam Palaus *num. 10. citato, lege me ipsum part. 6. loco citato, quest. 87.*

QVÆSTIO X.

An item, sit validum votum eleemosynæ, factum à Religiosis, sine licentia, de rebus Conuentus, quarum administrationem non habent?

Negant Suarez *lib. 3. de voto, cap. 7. n. 5. citato,* docens tale votum regulariter esse inualidum, & irritum. Quia inquit, solum obligare potest ad monendum Superiorem, ut eleemosynam faciat, quòd regulariter non expedit, talis monitio, nisi occurrente aliqua graui necessitate eleemosynæ faciendæ.

Sed probabilius Respondeo, valere dictum votum regulariter. Quia probabilius existimo tale votum non obligare ad monendum Superiorem, ut ipse eleemosynam faciat, ut putat Suarez, sed ad petendam facultatè faciendi illam ex bonis Conuentus. Sic Sanch. *cap. 25. n. 16.* & ex illo Palaus *pun. 19. n. 10. vers. Quod si Religiosus.* Qui tamen bene addunt, quod si in aliquo casu, ob speciales circumstantias crederetur, petitionem, vel imprudentem esse, vel non esse concedendam, tunc votum non obligaret.

QVÆSTIO XI.

An, peccent subditi mittentes vota de rebus his sibi prohibitis, non impetrata prius Superioris licentia?

Respondeo non peccare; nisi casu, quo materia voti, ita sit prohibita absolute per Regulam, aut præceptum Superioris, ut sit inepta materia: quia tunc peccarent venialiter.

Prima pars huius Responsonis probatur. Quia in huiusmodi votis includitur tacita conditio, si Superior dederit licentiam: sed sic est, quod illa accedente, est voti materia apta: ergo. *Secunda verò pars* etiam probatur. Quia in eo casu promittitur materia contra consilium, & quæ maius bonum impedit: ergo est inepta voto: ergo, &c. Sic Sanch. *lib. 4. cap. 25. num. 18.* ex D. Thoma 2. 2. *qu. 88. art. 8. ad 4.* Soto *lib. 7. de iust. quest. 3. art. 1. dub. 3. vers. de utroque autem.* Syluestro *votum 3. qu. 3.* Nauarro *cap. 12. num. 67.* Sayro *lib. 6. cap. 5. num. 20.* Rodrig. 2. *tom. sum. cap. 88. num. 3.* Vega 2. *tom. sum. cap. 129. casu 9.* Turrecrem. Greg. Lopez, & Tabiena.

QVÆSTIO XII.

An, si quis Religiosus, ita votum emitteret de aliquo, Regulâ, aut Superioris præcepto prohibito, ut intenderet, Superiore inconsulto, illud exequi, tale votum esset validum?

Respond. quod non esset validum, sed omnino irritum. Quia (ait Sanch. *n. 19.*) eatenus ea materia est apta voto, quatenus tacite imbibit conditionem, si Superior consenserit: ergo, quando expressa vouentis intentione, is consensus excluditur, erit voto inepta, ac proinde votum profus irritum.

Sic

Sic ille ex Leonardo Lessio lib. 2. cap. 40. dubit. 10. num. 72. Azorio tom. 1. lib. 11. cap. 16. quest. 5. fine, & Suario lib. 3. de voto, cap. 6. num. 9. Bassæus tom. 2. votum 1. num. 20.

QVÆSTIO XIII.

An, peccet subditus adimplens votum, postquam illud superior irritauit?

Affirmant Angles 2. p. qu. unica, de voto, art. 7. diff. 5. ubi in 2. conclusione ita ait: Semel voto illo irritato, peccat subditus illud contra voluntatem Prælati exercens. Definita est in eodem Canone Manifestum 33. quest. 5. & est B. Augustini. Facit enim contra obedientiam, & contra iustitiam; quia uetur aliena operatione, inuito Domino, scilicet, Prælato. Hæc ille, cuius sententiam sequuntur (vt refert Sanchez) Rodriguez in sum. cap. 89. n. 7. Sayrus lib. 6. Claus. Reg. cap. 10. num. 13. & Vega tom. 2. cap. 129. casu 91. fine, & alij.

Sed clarius Respondeo sic. Primo. Certissimum est, quod peccet subditus adimplens, contra expressam voluntatem Prælati, votum irritatum. Quia tunc facit contra præceptum sibi à Prælato intimatum: ergo. In hoc omnes conueniunt.

Respondeo Secundo, vt quid longè probabilius. Minimè peccat subditus adimplens votum irritatum à Prælato, quando ad petitionem subditi, illud irritauit. Quia tunc subditus non adimplet illud contra voluntatem Prælati, vt concedit Rodriguez loco cit. iis uerbis: Irritado el voto por su Prelado, peca el subdito cumpliendo, contradiciendo el Prelado, porque haze contra obediencia: y entonces le cumple contra voluntad de su Prelado, quando le irrito por su propia autoridad, mas no quando lo irrito por solo auer pedido y importunado el fraile, y conforme à esto haze entender Angles. Hæc Rodriguez. Et supponit, ex illo, Sanchez, mox citandus.

Respondeo Tertio, etiam vt quid probabilius. Adhuc non peccat subditus adimplens votum irritatum, etiam si illud, proprio sponte, & non ad petitionem subditi, Prælati irritauerit. Quia, vt bene Sanchez, sola voti irritatio, autoritate propria, minimè inducit præceptum, nec arguit voluntatem, vt subditus id non exequatur; nisi aliàs ex circumstantiis occurrentibus, aliud colligatur. Quia ea irritatio spontaneè facta, potest eò solum tendere; quia uult subditum voto non grauari, quamuis materiam promissam interdiceret nolit. Sic ille loco cit. num. 20. Cætera quæ hîc desiderari possunt, inueniuntur tract. 1. disput. 16. de irritatione uotorum.

R. P. Leand. in Decal. T. II.

§. II.

De uotis, quæ Episcopi & alij inferiores Clerici, emittere possunt.

QVÆSTIO XIV.

An, Episcopi, validè possint, absque Pontificis licentia, uouere renunciare Episcopatu?

Respondeo vt certum: Non posse. Quia prohibitum est Episcopis, absque Sedis Apostolicæ licentia, Episcopatu renunciare, vt constat ex cap. Nisi cum pridem. de renūciat. cap. licet. §. si uerò, de Regul. & l. Regia 3. tit. 8. p. 1. ob speciale uinculū inter Episcopum, & Ecclesiam. cap. inter corporalia, de translat. Episcopi, & cap. sicut 7. quest. 1. & sic sentiunt uniuersi. Legantur Sanchez lib. 4. cap. 25. num. 36. Suarez lib. 3. de voto, cap. 4. num. 8. Azor 1. p. lib. 11. cap. 16. quest. 3. Sayrus lib. 6. cap. 5. num. 24. Palau disp. 1. punct. 19. num. 12. Bassæus tom. 2. votum 1. num. 18.

QVÆSTIO XV.

An item, prohibitum sit Episcopis, uouere ingressum Religionis, absque licentia summi Pontificis?

Respondeo esse illis prohibitum in cap. Nisi cum pridem, cit. Quia interdicitur illis sine licentia Papæ emittere votum; aut post Episcopatum, votum emissum implere, per quod dissoluatur uinculum matrimonij, inter ipsum, & Ecclesiam suam: unde, si post adeptum Episcopatum tale votum Religionis emittat, id debet efficere sub conditione licentiæ à Pontifice impetrandæ, aliàs erit nullum, sub illa uerò conditione, erit validum; cum sit de re, quæ regulariter cuilibet ad suam propriam perfectionem magis conuenit. Et ideo ex vi uoti tenebitur, quantum in se est, & quantum potest, ad illud implendum, & consequenter ad petendam licentiam à Papa, qua non obtenta, excusabitur, cum non stet per eum quominus adimpleatur; obtenta uerò, votum adimplere tenebitur. Sic Sanch. Suar. Sayrus, Azor, Bassæus, & alij citati, cum communi. Cætera huic materiæ concernentia uide sup. tract. 1. disp. 21. à quest. 69.

QVÆSTIO XVI.

An, votum breuis peregrinationis emissum ab Episcopo, sit validum?

Respondeo vt certum: Esse validum, si mandari executioni possit, tempore, quo permittitur Episcopis à suis Ecclesiis abesse. Quia huiusmodi peregrinatio, cum ex se res honesta sit, & aliàs non cedat in præiudicium muneris Episcopalis, apta materia voti est. Sic tenent Innocen. & Panormitan. quos citat & sequitur Sayrus lib. 6. cap. 5. dubit. 5. num. 24. uers. secundo uouere. Palau punct. 16. cit. num. 12. uers. votum uerò, & supponit Sanch. lib. 4. cap. 25. à n. 37. Bassæus citat. tom. 2. n. 18.

QVÆSTIO XVII.

An item, sit validum votum longæ peregrinationis emissum ab Episcopis absque conditione licentiæ à Pontifice impetrandæ?

Respondeo vt certum: Tunc minimè esse validum. Quia, seclusa hac conditione, votum est de re illicita; cum sit de re impediante, per longum tempus, residentiam à suis Ecclesiis præscriptam iure Diuino. Sic Sanchez, Bassæus, Suarez, Palaus, *locis cit.* & omnes.

QVÆSTIO XVIII.

An ad minus, sit validum dictum longæ peregrinationis votum, factum ab Episcopis, sub conditione licentiæ à Pontifice obtinendæ?

Affirmant multi DD. eo quod peregrinatio minimè prohibeatur Episcopis absolute, sed solum ne præstent illam absque Pontificis licentiæ; ergo si votum peregrinationis longæ fiat sub conditione licentiæ à Pontifice impetrandæ, validum erit profecto. Sic Tabiena *votum 5. quest. 2. num. 1.* Suarez *lib. 3. de voto, cap. 4. à num. 4.* & alij, quos sequitur Sanchez *lib. 4. cap. 25. n. 39. iuncto. 38.*

Alij contra negant esse validum tale votum, regulariter loquendo; eo quod sit impeditiuum maioris boni: nam maius bonum censetur (absolute loquendo) Episcopum in Ecclesia sua residere, & pro pascendis ouibus vigilare; quàm longis peregrinationibus incumbere. Ita Syluest. *votum 3. q. 1.* Azor *1. p. lib. 11. quest. 2. vers. Deinde quæres.* Sayrus *in Clau Reg. lib. 6. cap. 5. dub. 5. num. 24.* Quos pro hac parte citat, & sequitur Palaus *disp. 1. de voto, punct. 19. num. 12. vers. votum verò.* Sed ex iis Authoribus, Sayrus potius est pro prima sententia, ait namque sic: Secundò, vouere non potest aliquid (nempe Episcopus) quo Ecclesiæ suæ notabiliter præiudicetur, putà longam aliquam peregrinationem, propter quam abesse debet diu à sua Ecclesia, quod intelligitur, sine licentiâ Papæ, cap. *Magna.* & ibi Innocen. & Panorm. *num. 9. & num. 10. de voto, & voti redemp. & facit cap. Episcopus, de consecrat. d. 3.* vbi dicitur, quod cessante infirmitate, non debet Episcopus, saltem diebus Dominicis, abesse ab Ecclesia sua, secus autem vbi peregrinatio non esset longa, ex Innoc. & Panormit. vbi supra. Hæc Sayrus. Non ergo benè citat illum Palaus pro hac sententia. Solum namque cum alijs DD. docet, tale votum valere in solum ipsorum præiudicium, ac proinde, etsi expleri nequeat absque Pontificis licentiâ, teneri tamen eos, expensas eundi, & redeundi soluere, & in eas id votum commutare. Ita apud Sanchez idem Sayrus *loco cit.* Hostiens. Ioan. Andreas, Antonius, Angel. Syluest. Azor, & alij.

Ego autem Clariùs Respondeo dicendum. Quod votum longæ peregrinationis factum ab Episcopis, sub conditione licentiæ à Pontifice impetrandæ ac obtinendæ, sit validum omninò; si causa, & finis talis peregrinationis, sit melior, & gratior Deo, quàm residentia in suis Ecclesiis. Secus verò si residentia sit gratior, & maius bo-

num, quàm peregrinatio. Sic, meo videri, sentit Suarez loco citato, vbi *num. 7.* sic quæstionem concludit: Adde verò vltimò, in aliquo sensu potuisse votum illud esse illicitum, & inuvalidum, & in illo etiam non probare exceptionem. Primum patet; si Episcopus vouens peregrinationem, morosam absentiam requirente, & animo faciendi illam, contra obligationem residendi, & sine licentiâ Papæ, & sine consensu Capituli, & sine suæ Ecclesiæ necessitate: tunc enim votum esset de re illicita, vt constat. Neque aliud fundamentum malitiæ, aut nullitatis in illo voto inueniri potest, vt omnes fatentur. Hinc autem conuincitur altera pars; tum, quia votum illud non est de materia honesta, nos autem requirimus materiam honestam: tum etiam, quia votum illud non fuisset inuvalidum ex iure positiuo, sed ex natura rei, supposita talis personæ obligatione: sicut votum dandi Eleemosynam ex pecunia alteri ex iustitia debita. Hæc Doctissimus Pater: ex cuius doctrina, nostra responsio liquet, & concordans redduntur Authores contrarij.

QVÆSTIO XIX.

An, parochi, & alij Clerici habentes beneficium requirens residentiam, possint validè vouere Religionis ingressum, sine licentiâ suorum Episcoporum?

Resp. cum communi omnium: validè posse id vouere, & exequi tale votum, adhuc contradicente Episcopo. Quia (ait Sanchez) tanquam speciale statuitur in Episcopo, vt eo voto nequeat se, absque Pontificis licentiâ astringere, cap. *licet vers. illa. de Regul.* Atque ita docent D. Thom. *2. 2. q. 189. art. 7.* & omnes Doctores, nemine contradicente. Et constat ex cap. *finali 19. q. 2.* Sic ille *lib. 4. cap. 25. num. 47.* & antea Suarez *lib. 3. de voto, cap. 4. n. 10.* Bassæus *tom. 2. votum 1. num. 19.*

QVÆSTIO XX.

An possint prædicti vouentes Religionem, mandare tale votum executioni, in consulto etiam Episcopo?

Negant multi Doctores, docentes, quod quamuis prædicti Parochi possint validè emittere votum Religionis, inconsulto Episcopo; non tamen possint plenè mandare illud executioni inconsulto illo: quia tenentur licentiâ ab eo petere; quamuis, eâ denegatâ, possint ad Religionem transire. Idque colligunt, ex cap. *Due 19. q. 2. cap. licet, de regular. cap. Admonent. de renunc.* vbi iubentur Beneficiarij non dimittere Ecclesias, inconsulto Episcopo. Pro hac sententia sunt apud Sanch. Hostiens. *in sum. tit. de voto, §. Quis vouere possit, num. 7.* Abbas cap. *Quod Dei timorem, de statu Monach. num. 11.* Abulens. *cap. 30. Numer. quest. 70.* Henticus *cap. scriptura, de voto, num. 2.* Angelus *v. Religiosus. num. 12.* Syluester *Religio, quest. 12. num. 13.* Azor *part. 1. lib. 11. cap. 16. quest. 3.* Ludouic. Lopez *1. p. cap. 48.* Sayrus *lib. 6. cap. 5. n. 25.* Graffius *2. p. decis. lib. 2. cap. 11. num. 24.* & Suarez *lib. 2. de voto, cap. 4. num. 10.*

Alij oppositum docent, existimantes non teneri prædictos ad petendam talem licentiâ ab Episcopo. Quia ex vna parte, nullus est textus, ex quo hæc obligatio

obligatio petendi licentiam ab Episcopo colligitur. Nam tex. in cap. *licet. de Regular.* solum loquitur de Religiosis transeuntibus ad strictiōnem Religionē, & sic nō est ad rem. Textus verò in cap. *Admonet.* prohibens dimissionem Ecclesiarum, inconsulto Episcopo, intelligitur de dimissione, extra casum Religionis à iure concessum, vt indicat ibi Glossa *verb. inconsulto.* Deinde ex alia parte, est textus expressus in cap. *Dua 19. q. 2.* in quo Urban. II. liberè permittit quoslibet Clericos ad Religionem transire; neque ab Episcopo reuocari posse. Ergo cum nullius licentiæ petendæ mentionem fecerit, non est cur hoc onus sit illis imponendum. Sic Sanchez *lib. 4. Decal. cap. 25. n. 48.* & penes ipsum, Innocen. Anton. Cardinalis, & Abbas in dicto cap. *licet.* Quos sequitur Palaus *disp. 1. de voto, punct. 19. numero 13.* Trullench *lib. 2. Decal. capite 11. in fine, & capite 31. concl. 1. & 4.* Bassæus, loco citato.

Sed clariùs, & media via, ego Respondeo dicendum, quod, quamuis Parochi, & alij Beneficij non teneantur aliquo præcepto iuris, petere licentiam à suis Episcopis ad exequendum votum Religionis ab ipsis emissum, vt rectè docet contra primam, secunda opinio: teneantur tamen ex decencia, aut vrbantate, id illis manifestare, vt Ecclesiis quas dimittunt, consulant. Quia id prudens, & vrbana ratio dicit. Sic meo videri, & non aliud, vult Suarez *numero 10. cit.* vt indicant hæc eius verba: Sed non est (inquit) necessaria exceptio: quia potest fieri votum, inconsulto Episcopo, licet non debeat plenè mandari executioni, illo inconsulto; quia scilicet, ad hoc sufficit licentia petita, & non obtenta. Nota illa verba, *licet non debeat.* Non enim dicit, quod vouentes teneantur licentiam petere; sed quod non debeant plenè mandare votum executioni, Episcopo inconsulto. Quasi diceret, id non debere aliter fieri, quia non esset decens, nec conueniens.

QVÆSTIO XXI.

An, Parochi, Beneficij, & alij Clerici residentiam necessariam habentes; possint inconsulto Superiore, votum peregrinationis emittere?

Respondeo dicendum ex dictis: Posse, sed solum in casibus, in quibus Episcopi tale votum emittere possunt, inconsulto Papa. Quia eadem subest vtrisque obligatio residendi, ob quam peregrinatio suscipi ab illis, nisi in certis casibus, non potest. Sic Authores citati, præcipuè Palaus, loco cit. & Sanchez *num. 44.* Bassæus *num. 19.*

QVÆSTIO XXII.

An, ceteri Clerici, non habentes beneficia requirentia residentiam, possint validè, & licitè emittere votum, tam Religionis, quàm peregrinationis, & illud exequi, inconsulto Episcopo?

Negandum videtur ex cap. *Non oportet. de consecrat. dist. 5.* in quo loquens Concil. Laodicen. de omnibus, & quibuscunque Clericis, & laicis, ait, eos non oportere aliquid proficisci absque commendatiis Episcopi litteris: ergo nullus Clericus

potest inconsulto Episcopo peregrinari.

Sed vt certum Respondeo: Posse absolutè dictos Clericos validè, & licitè emittere vtrumque votum præfatum, illudque plenè exequi, inconsulto Episcopo. Quia in nullius muneris obligatorij præiudicium cedit. Nec obstat textus incontra adductus, quia ille non continet præceptum, sed consilium, vt indicant illa verba, *Non oportet.* Nec illæ litteræ commendatiæ iam sunt in vsu, sed solum sunt necessariae in Clericis, vt ad Ordines, vel ad sacra ministeria admittantur, iuxta antiqua Concilia in nouata per Tridentin. *sess. 23. cap. 16. de reformat.* Sic Suarez *lib. 3. de voto, cap. 4. num. 9.* Sanchez *lib. 4. cap. 25. numero 44.* Palaus *disputatio. 1. punct. 19. num. 14.*

QVÆSTIO XXIII.

An sit licitum Episcopis emittere votum eundi in subsidium Hierosolymitanum, & illud exequi, inconsulto Papa?

Affirmant aliqui DD. ex textu in cap. *Magna. de voto,* vbi votum Hierosolymitanæ peregrinationis ab Episcopo factum, validum reputatur, siquidem fit grauis commutatio pro illo. Ideoque ita sentiunt Anton. *cap. scriptura, de voto, n. 4.* & ibi Abbas *n. ultimo,* Cardinalis *n. 9.* Anchar. *cap. magna. cit. n. 12.* & alij apud Sanchez *lib. 4. Decal. c. 25. n. 42.*

Sed iam vt certum Respondeo: Nunc iam non esse licitum Episcopis emittere votum eundi in subsidium Hierosolymitanum, & illud exequi, sine licentia Romani Pontificis. Quia licet id olim licuerit Episcopis, quando omnibus generaliter concedebatur aditus in terram Sanctam; tamen cum nunc is aditus non pateat, verè indigent Pontificis licentia. Sic Hostiens. *cap. Magna. cit. n. 17.* Ioan. Andr. *n. 9.* Syluest. *votum 3. q. 2. & 4.* Tabiena *votum 5. q. 2.* Azor *lib. 11. cap. 16. q. 2.* Quos & alios sequitur Sanchez, vbi supra.

QVÆSTIO XXIV.

An, integrum sit Episcopis, emittere votum, aliquarum precum, abstinentiarum, eleemosynarum, & huiusmodi, absque licentia Pontificis?

Respondeo vt certum: Esse illis integrum. Sic cum communi Sanchez, his verbis: Si votum Episcoporum sit modicæ peregrinationis, vel precum, vel abstinentiarum, quæ munus exequi non impediunt, est absolutum, & obligat, nulla Pontificis expectata licentia. Quia in his rebus Episcopus sui iuris est ad vouendum. Sic ille *num. 43.* Siluest. Tabiena, Azor, Sayro, & alij plures apud ipsum. Trullench *lib. 2. cap. 2. dub. 11. num. 9.* Bassæus *tom. 2. votum 1. num. 18. fine,* ex Suarior *tom. 2. de Relig. lib. 3. de voto, cap. 4. n. 10.*

QVÆSTIO XXV.

An peregrinatio, quæ per tempus unius anni potest fieri; reputanda sit modica, & ita possit fieri ab Episcopo, inconsulto Papa?

Affirmate videtur ex Suario, Sanchez his verbis: Ex quo optimè deducit Suarez *tom. 2. de Relig. tract. de voto, lib. 3. cap. 4. n. 10.* si peregrinatio non excedat tempus anni, iure concessum Episcopo ad absentiam, esse votum absolutum, & independens à Pontificia licentia. Quòd in illa non læditur Ecclesia. Hæc Sanchez *n. 34. citato.* & ex utroque Bassæus *loc. cit.*

Sed licet bene, nõ ita clarè ac Suarez id docet. Ait enim sic, *loco citato.* Vtrique autem addo, si Clericus habens huiusmodi beneficium, habeat aliquod tempus anni à iure concessum, pro quo à residendo excusetur, & peregrinatio maiorem absentiam non requirat, tunc votum huius peregrinationis absolutum esse posse: quia eo tempore impleri potest, in quo nulla est prohibitio, neque alienus consensus necessarius est. Hæc Suarez. Ex quo constat illam, & solam reputari breuem, aut modicam peregrinationem, quæ fieri potest illo tempore, quo Episcopus, aut Clericus habens beneficium residentiam requirens, à residentia excusatur.

§. III.

De votis, quæ impuberes, uxores, & serui possunt emittere.

QVÆSTIO XXVI.

An impuberes filij possint validè sine consensu parentum, vota etiam Castitatis, & Religionis emittere?

Negant Richard. Angel. Rosella, & alij citati supra *q. 4.* & præcipuè Valentia *2. 2. disp. 6. q. 6. pun. 6. col. mihi 1623. vers. Hinc igitur.* adiuncta doctrina antecedenti ab ipso data, *vers. Secundo diligenter,* & ratio est: Quia ex eo quod Deus filios impuberes, propter eorum fragilitatem, potestati Patris subiecit, satis probabiliter dici potest, ipsum Deum non acceptare obligationem illorum, nisi Patres, quos superiores, & quasi directores eis præscripsit, positiuè consentiant. Confirmatur. Quia cum actus vouendi aut promittendi in filio impubere, & Patri subdito, sit quidam vsus voluntatis, cuius Pater tanquam superior habet dominium, vt sit ratus & validus, & à Deo acceptetur, oportet, vt consensu superioris, tanquam Domini confirmetur, alioqui non habebit efficaciam: quia non decet, vt aliquis pro libito vtatur re aliena, sine consensu Domini. Sic arguit Valentia, *loco citato.*

Sed probabilius Respondeo: posse impuberes emittere, validè imò & meritorie, omnia vota, quæ non præiudicant Parentibus, absque eorum consensu. Quia vt supra *q. 4.* diximus, probabilius est, quod Religiosi possint emittere, sine licentia expressa suorum Superiorum, omnia vota, quæ non præiudicant illis: ergo probabilius erit, quod & id possint filij impuberes. Et idè sic sentiunt Armilla,

Nauarrus, Siluest. Caiet. Soto, Fagundez, Sanchez & alij citati supra *q. 4.* Legatur Suarez *lib. 3. de voto, cap. 5. numero 12.* vbi oppositam sententiam, falsam appellat, eo quod nostra apertè colligatur ex *Numer. 30.* vbi dicitur, *mulierem vouentem in domo Patris, & in puellari ætate, astringi voto, nisi pater irriter.* Et ratio (inquit Suarez) est: quia nequè iure naturæ talia vota sunt inualida, cum sint ex libertate sufficienti ad peccandum mortaliter, vt supponitur, & possint esse de materia honesta, vt est per se clarum, neque etiam dari potest ius diuinum, & humanum, quod illa irriter. Hæc Suarez.

QVÆSTIO XXVII.

An item, uxor, & seruus possint validè & licitè vouere aliqua sine consensu sui mariti, vel domini?

Negandum esse, ad minus probabiliter, videtur ex dictis. Quia probabile videtur non posse filios impuberes vota aliqua validè emittere, sine consensu Parentum, eo quod illis subdantur: sed sic est, quod etiam uxores, & serui subduntur viris suis, & dominis: ergo. Confirmatur ex Soto *lib. 7. de iust. q. 3. art. 1.* existimante uxorem esse subditam viro suo, sicut Religiosus est suo Prælato: ergo.

Sed vt certum Respondeo: Posse uxores, & seruos quæcumque vota de materia illis licita, & honesta, sine consensu suorum virorū, & dominorum emittere. Vnde licitè, & meritorie possunt huiusmodi vouere moderatam orationem, & frequentiam moderatam Confessionis, vel communionis; &c. Ratio est: Quia sic vouere, nec est talibus personis prohibitum, iure naturæ; cum nullum principium talis malitiæ ostendi potest: nec iure Ecclesiastico, cum nullum inueniatur positium præceptum: ergo.

Nec obstat ratio dubitandi: Est enim dispar. Nam, vt constat ex ipsomet Valentia, impuberes subduntur parentibus, non solum quoad rem promissam, sed etiam quoad voluntatem, qua vouent: uxores verò, & serui (imò & puberes filij) quoad solam materiam promissam subduntur viris, & dominis. Vnde sic sentit cum communi idem Valentia *loco cit. col. 1623. & q. ultima. col. 1630.* quem pro hac parte citat, & sequitur Sanchez *lib. 4. cap. 25. num. 4.* in fine. Legantur Suarez *cap. 5. citato, num. 3. & 26.* Filliuc. *tract. 25. cap. 6. q. 5. num. 171.* Trullench. *lib. 2. cap. 2. dub. 11. numero 2.* & etiam à nobis dicta supra *tract. 1. disp. 16. §. 7. & 8.* vbi egimus de iuramentis, & votis uxorum, & seruorum, quæ viri & domini possunt irritare.



§. IV.

De aliis Personis, tam Diuinis, quam Angelicis; An uouere possint.

QVÆSTIO XXVIII.

An, Deus Optim. Max. ut Deus est, possit uouere?

Affirmandum videtur ex dictis tract. 1. disp. 6. §. 2. q. 36. ubi diximus Deum posse iurare, licet non propriè, & rigorosè loquendo; impropriè tamen & quasi methaphoricè: ergo hoc modo etiam uouere poterit.

Sed ut certum Respondeo non posse, saltem propriè, & rigorosè loquendo. Quia ut Deus est, non est capax voti, nec Religionis. Cui enim cultū exhibebit suprema natura? Igitur licet promittere possit, ut constat, non tamen in cultum, vel obsequium, sed in beneficium, & gratiam eius, cui promittit. Ex quo patet ad rationem dubitandi; dicendum enim est, posse eo modo uouere, quo iurare potest, & sic non propriè. Legatur Suarez lib. 3. de voto, cap. 1. num. 1.

QVÆSTIO XXIX.

An saltem, Christus Dominus in natura assumpta, potuerit verè votum Deo emittere?

Negant aliqui viri docti, apud Caramuelem mox citandum: sed Respondeo ut certum: Potuisse. Probat: Quia potuit, & propriè, iurare, ut diximus disp. 6. §. 2. qu. 38. ergo & uouere propriè. Deinde Christus potuit orare: ergo & uouere. Sic omnes. Suarez cap. 1. citato, num. 2. & sequent. & tom. 3. de Relig. lib. 9. cap. 1. num. 19. Aldrete de Incarnat. disp. 73. sect. 7. Latè Caram. in Reg. D. Bened. disp. 19. num. 215. & 236. & 237. & omnes communiter, inter quos, solum est difficultas loquendo de facto, pro qua sit.

QVÆSTIO XXX.

An Christus Dominus, de facto votum propriè emisit?

Affirmat, licet ut quid incertum, Suarez lib. 3. de voto, cap. 1. num. 3. & 6. in fine, ubi concludit dicens, in suo dicendi modo non deesse probabilitatem, quamuis incerta res sit. Et certè, ut sit hæc sententia probabilis, sufficit autoritas Suarij. Cuius placitum non reiicit Filliuc. mox citandus, sed potius sequitur, & clariùs Bordon. de Profess. Relig. cap. 1. n. 201. ubi probat Christum Dominum verè emisisse Patri suo vota obedientiæ, castitatis, & paupertatis. Quod esse probabile docet expresse Caramuel loco cit. num. 239.

Sed cum communi sententia probabilius Respondeo Christum Dominum, proprium votum de facto non emisisse. Sic S. Thom. 2. 2. quæst. 88. art. 2. ad 3. his verbis. Ad tertium dicendum, quod Christo secundum se non competebat uouere. Tum, quia Deus erat. Tum etiam, quia in quantum homo, habebat voluntatem firmatam in bono, quasi comprehensor existens. Sic S. Doctor. Et confirmatur. Quia probabilius est, quod Christus de facto non iurauit, ut habitum est supra tract. 1. disputat. 3. quæst. 36. & disputat. 6. quæst. 38. ergo & probabilius erit, quod de facto propriè non uouerit. Sic tenet cum S. Thoma, Sotus lib. 7. de iust. quæst. 2. art. 2. ad 3. Medina, Nazarius, Lorca, Petr. Ledesma, Raphael de la Torre, Ioann. à S. Thoma, quos citat, & sequitur Prado cap. 31. de voto, quæst. 11. §. 3. num. 22. sic etiam Luyfius in summa 1. p. cap. 150. dubit. 4.

QVÆSTIO XXXI.

An, Angeli, in statu uia spectati, uouere Deo potuerint; & an de facto id fecerint?


Respondeo ad primum, ut certum: Potuisse in illo statu, verè uouere Deo. Quia certum est, tunc capaces fuisse voti, ut bene probat Suarez cap. 1. citato, num. 7.

Respondeo ad secundum, (ut quid probabilius) de facto, minimè vota emisisse. Quia Angelorum uia breuissima fuit: & ideo in illo statu non indigebant votis, seu promissionibus, sed vnica deliberatione perfecta, qua in bono confirmarentur. Sic ipse, Suarez. num. 8. Filliuc. ex illo tract. 26. cap. 6. quæst. 1. num. 160.

QVÆSTIO XXXII.

An item, Angeli Beati, post statum uia, sint apti ad uouendum?

Respondeo esse aptos ad uouendum; non tamen usum uouendi esse illis accommodatum. Prima pars constat. Quia Beati etiam colunt Deum religioso cultu: at in hoc cultu non est specialis repugnantia, ut constat: ergo. Secunda pars etiam patet. Quia Beati iam sunt in termino; atqui votum propriè spectat ad viatores, propter futuras actiones, ut ad maiorem perfectionem & meritum tendant: ergo. Sic Suarez loco cit. num. 10. & Filliucius num. 160. Qui, secus dicunt de Angelis damnatis. Nam hi cum obstinati sint in malo, non sunt apti ad uouendum. Legantur dicta à nobis supra disp. 6. qu. 40. & sequent.



DISPUTATIO VI.

De eo, cui faciendum votum sit.

QVÆSTIO PRIMA.

An votum, propriè soli Deo fieri possit?

Respondeo vt certū. Solum Deo propriè votum fieri posse. Probat, Tum, quia id constat ex definitione voti, supra disp. 1. q. 2. adducta. Tū etiam. Quia votū propriè sumptū sumitur hīc pro cultu, quo cognoscimus diuinum numen, à quo tanquam ab auctore omnium bonorum aliquid impetrare intendimus, vel pro impetratis bonis, ac donis, gratias referimus: sed sic est, quod solus Deus est, qui hac ratione coli potest: ergo hac ratione soli Deo possunt vota fieri. Sic Theologi communiter. Legantur Suarez tom. 2. de Relig. lib. 1. cap. 15. & 16. Sanchez lib. 4. Decal. cap. 1. à num. 41. Valentia 2. 2. disp. 6. q. 6. pun. 3. ver. tertium dubium est. Azor tom. 1. lib. 11. cap. 13. q. 10. (non cap. 22. q. 13. vt leges apud Palaum) Nauarr. in sum. cap. 12. num. 25. Bonac. disp. 4. q. 2. pun. 1. n. 17. Palaus disp. 1. de voto, pun. 7. Prado cap. 31. de voto, q. 11. §. 6. & præcipue D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 5. & ibi omnes eius interpretes. Bordonus de Profess. Religiosa, cap. 18. numero 5. Acacio March. voto. resol. 444. num. 3.

QVÆSTIO II.

An etiam Sanctis, aliqua ratione, fundi vota possint?

Negant hæretici nostri temporis. Quia cum negent omnium Sanctorum cultum, & preces ad illos; ita etiam omnino negant, posse ad illos fundi vota absque idololatria. Cum hæreticis sensit Erasmus in colloquio inscripto, Naufragium (vt refert Bellarm. lib. 3. de cultu Sanctor. cap. 9.) vtiturque Scripturæ testimoniis, in quibus solum legimus vota Deo soli fieri.

Sed vt certum omnino Respondeo: posse aliqua ratione Sanctis fieri promissiones, & vota. Quia certum est, de fide, quod Sancti colendi à nobis sunt, & honorandi, & quod cum eis conuersari, & loqui possumus, & consequenter ad eos preces fundere: ergo & vota & promissiones aliquo modo possumus ad illos facere, ac fundere. Hanc veritatem probat antiquæ Ecclesiæ consuetudo, vt probat Bellarm. loc. cit. adductis variis testimoniis Patrum, legatur ipse Suarez, & alij, locis citatis, qui omnes in hac veritate conuenientes, differunt in modo explicandi, quo modo illis non obstantibus, soli Deo propriè votum fiat. Pro quo fit.

QVÆSTIO III.

Qua ratione Sanctis aliqua vota fiant, quibus non obstantibus, soli Deo vota propriè fieri inferatur?

Respondeo dicendum, quod in hac re variè sentiunt Theologi. Nam in primis, quidam dicunt, quod quando vota fiunt Sanctis, non fiunt illis, vt sunt purè creaturæ rationales; quia vt sic non sunt capaces vt eis fiant vota; cum hæc contineant adorationem latriæ, quæ non potest creaturæ vt sic tribui: sed fiunt illis, vt in eis Deus habitat per gloriam; vel in quantum Deus in ipsis honoratur (sicut cum iuratur per Sanctos, iuratur per Deum in ipsis elucem) & sic promissio illa, aut votum factum Sanctis, primariò tendit in Deum. Sic Sanchez lib. 4. cap. 1. num. 41. ex D. Thoma 2. 2. q. 88. art. 5. ad 3. & Azorio lib. 11. cap. 13. q. 10. his verbis illam concludens: Votum igitur Deo fit, Sanctis vero cæli incolis, aut Religionum Præfectis, fit tanquam Dei ministris, ipsius locum tenentibus: Deo fit iure, & nomine ipsius, hominibus verò fit nomine Dei. Sic Azor, & Raphael q. 88. art. 5. disp. 3. n. 3. fine.

Alij dicunt, quod quando vota fiunt Sanctis, duæ intercedant promissiones: vna proximè, & directè facta Sancto de hoc vel illo opere faciendo, vt de ieiunando in eius vigilia in eius obsequium. Alia facta Deo, de priori promissione Sancto facta adimplenda. Et hanc posteriorem dicunt esse votum, non autem priorem, nisi fortasse per extrinsecam denominationem; & ita saluant votum proprium soli Deo fieri. Sic D. Thom. loco cit. Quem sequuntur Raphael de la Torre ibi, disp. 3. n. 2. & Prado §. 6. cit. n. 43. dicens, quod in votis Sanctis, aut Prælati à Religiosis in Professione factis, duæ interueniant promissiones explicite, vna facta Sancto, vel Prælato, & hæc non est votum, quia votum soli Deo fit, cum sit actus latriæ: sed est materia voti. Alia est promissio, quæ fit Deo de seruanda promissione facta homini, & hæc propriè est votum. Sic Prado, qui malè citat Sanchez n. 41. citato, quasi dicentem, hanc Sancti Thomæ doctrinam ab omnibus recipi. Nam Sanchez, solum primum modum dicendi, supra adductum, esse Sancti Thomæ ab omnibus recepti affirmat, non hunc secundum. Legantur alij modi dicendi apud Suarium lib. 1. de voto, cap. 16. & apud Filliuc. tract. 26. de voto, cap. 1. num. 31. omnes enim sunt probabiles.

QVÆSTIO IV.

An promissio facta Sanctis, animo expresso non Deo, sed Sanctis solis se obligandi, sit votum?

Respondeo dicendum ex dictis: minime esse votum. Quia talis promissio, cum nullo modo dirigatur in Deum, non est actus latriæ, aut diuinæ religionis, solum ergo erit actus singularis obseruantia, & erit promissionis, qua homo homini se astringit, quæ nullo modo est votum, sed promissio humana, vt docet ex Nauarro Sanchez n. 42. Sic ipsemet n. 43. ex Valentia 2. 2. disp. 6. q. 11. pun. 5. ver. Quod si quis fortè. Suarez n. 16. Bonacina disp. 4. q. 2. pun.

pun. 1. n. 17. Palaus *n. 2.* & Prado §. 6. *citato*, in fine. Qui cautè legendus est, eo quod dicat, talem promissionem non esse in rigore votum, sed actum latriæ, seu singularis obseruantia, lege benigne, non esse votum, sed actum dubiæ, seu singularis obseruantia, vt habet Raphael, quem ipse citat. *March. loco cit. resol. 444.*

QVÆSTIO V.

An, votum, quod in Professione Religiosa fit Prælati, sit verè & propriè votum?

NEgandum ex vna parte ex dictis constat. Quia votum est actus religionis, siue latriæ, quæ erga creaturas reperiri nequit: ergo votum, quod Prælati fit in Professione Religiosa, nequit esse propriè votum, sed solum promissio humana.

Ex alia verò parte affirmandum videtur: Quia in omnibus ferè Religionibus hic modus profitendi seruetur, *voueo, seu promitto Deo, Beata Maria, ac Sanctis, & tibi Patri, &c.* Atqui per hæc verba, verè fit votum solemne Deo: ergo etiam Beatæ Mariæ, nec non Sanctis aliis, & Prælati, cum eadem serie verborum id omnibus fiat.

Sed ex dictis Respondeo *Primò*, dicendum, quod quando in Professione obedientiam Prælati quis promittit, minimè fiat votum Prælati, etiam illo modo quo fieri potest Sanctis, spectata eorum excellentia, iuxta dicta supra *q. 3.* Quia non promittit profitens obedientiam in Prælati cultum, & honorem; sed Deo promittit obedientiam suo Prælati seruandam. Sic Sayrus *lib. 6. clauis regia, cap. 1. n. 21.* ex S. Thoma *q. 88. ar. 5. ad 3. ibi:* Qui vouet aliquid Sanctis, vel Prælati, vouet Deo se impleturum, quod Sanctis, vel Prælati promittit. Sic ille, & alij apud ipsum. Bonac. *n. 17. cit.* & Palaus, vbi supra.

Secundò Respondeo cum aliis, quod quando quis in professione vouet Sanctis & Prælati, tunc non faciat illis votum, seu promissionem aliquam specialem, sed aduocat illos in testes suæ promissionis. Nam vulgari etiam loquendi modo, quando promissio humana, propter maiorem solemnitatem fit coram multis testibus, dicere solet qui promittit: *Promitto Petro, & omnibus hic stantibus.* vtique, vt testibus obligationis, quæ vni principaliter nominato, nempe Petro, fit, non vt omnibus illis personis fiat obligatio. Et ideo (addit Suarez, cuius est doctrina tradita) *nostri Reliosi dum vouent, clarius dicunt: Coram Beata Virgine & Curia caelesti voueo Omnipotenti Deo.* Sic ille *lib. 1. de voto, cap. 16 n. 17.* cuius doctrinam approbat Raphael *disp. 3. citata, n. 4.* licet ipse addat quod omnes ferè Religionis antiquæ, antiquum illum morem vouendi seruantes, voueant Deo, & Sanctis. Deo per proprium votum, quod sit latriæ actus; Sanctis per vota, quæ non sunt latriæ actus, sed duliæ. Vel dieito, ibi voueri Sanctis, & Prælati, qua ratione participatiuè Dij sunt. Et quia Prælati Dei vices gerunt. Sic ille. Nec non Prado, *loco cit. n. 47.*

QVÆSTIO VI.

An, sit melius, magisque meritorium, operari ex voto, quàm sine illo?

NEgant hæretici nostri temporis, quos in hac parte sequutus est Armachan, catholicus, vt refert Vrbaldens. *lib. 3. Doctrina fidei, c. 21.* putâtes, actum non crescere in perfectione, vel in ratione

meriti, ex additione voti. Probat Armach. Quia non est melius facere opus cum iuramento, quàm sine illo: ergo neque erit melius facere opus cum additione voti, quàm sine voto. *Confirmarique potest.* Quia licet ex honestate voti, videatur crescere bonitas actus, multum tamen minuitur ex necessitate imposita per votum, quod in moralibus actibus maioris ponderis est: ergo pensatis omnibus non est melius operari ex voto, quàm sine illo.

Sed vt certissimum quid Respondeo *Primò*, opus factum ex voto, melius est, saltem extensiuè, quàm sine voto factum, immo & intensiuè aliquando. Quia opus, quo votum impletur, habet totam bonitatem, & honestatem, quam per se haberet sine voto, & præterea, habet honestatem voti per quam consecrat Deo, & fit opus religiosum: ergo simpliciter augetur in bonitate, & honestate. Sic D. Thomas cum aliis statim citandis.

Respondeo *Secundò*, etiam vt quid certissimum. Magis meritorium est, operari ex voto, ceteris paribus, (hoc est, quando cum æquali charitate fit vtrumque opus) quam operari sine illo. Patet: quia ille actus est nobilior & magis meritorius, qui procedit à nobiliori virtute: sed Religio cuius actus est votum, est nobilior, quàm aliæ virtutes morales: ergo magis meritorium erit facere aliquid ex voto, quàm ex alia virtute. Hanc doctrinam esse de fide, docet D. Thom. *opusc. 17. c. 11. 12. & 13. & opusc. 18. cap. 12. & 2. 2. q. 88. ar. 6. & q. 189. art. 2.* & omnes Scholastici in *4. d. 38.* Legantur Suarez *lib. 1. de voto, cap. 17.* Qui optimè respondet rationibus dubitandi, & late probat nostras duas responsiones. Raphael *2. 2. q. 88. art. 6. in explicat. articuli.* Sotus *lib. 7. de iust. q. 2. art. 4.* Valentia *tom. 3. disp. 6. q. 6. pun. 3.* Angles *in florib. q. de voto, art. 3. & 5.* Nauarr. *cap. 12. n. 32. vers. Quartò.* Sayrus *lib. 6. Clauis Reg. cap. 1. num. 14.* Prado *cap. 31. de voto, q. 11. §. 7. & alij.*

§. II.

De voti emissi pœnitidine.

QVÆSTIO VII.

An ille, quem ita pœnitet de voto à se facto, vt intendat non seruare illud, peccet mortaliter?

Affirmat absolute Angles *florib. 2. p. q. de voto art. 5. dub. 2. vbi concl. 2.* ita ait: Peccat mortaliter, quem voti pœnitet: quia idem est pœnitet me voti, & nolo obseruare votum. Ita ille: & Suarez *lib. 5. de voto, cap. 7. num. 3.*

Sed clarius, vt quid certum Respondeo sic. Qui ita pœnitet de voto, vt intendat illud non adimplere peccat absolute: mortaliter quidem, si transgressio, & propositum non adimplendi versetur circa materiam grauem voti; venialiter verò, si circa materiam leuem. Ratio est. Quia nolle exequi votum à se emissum, permanente voto, planè facit contra votum; ergo contra illud peccat mortaliter, vel venialiter, iuxta grauitatem, vel leuitatem materiae. In hac responsione omnes conueniunt, vt fatetur Sanchez *lib. 4. Decal. cap. 12. n. 2.* Legatur Raphael *2. 2. q. 88. art. 6. dispur. vnica, n. 1.* & alij mox citandi.

QVÆSTIO VIII.

An item, ille quem pœnitet de voto à se facto, ita tamen, ut habeat propositum illud adimplendi; adhuc peccet, saltem venialiter?

Negat Raphael *loco cit. num. 2.* his verbis: Qui pœnitet de voto facto, ita tamen, ut habeat propositum illud adimplendi, per se loquendo, non peccat. Hæc assertio est communis, & D. Thomæ *in art. 6. ad 2.* Probat: quia hæc pœnitudo non est de obiecto prohibito, ex vi obligationis voti, ergo per se non est peccatum contra votum. Antecedens patet, quia votum solum est promissio faciendi hanc, vel illam rem, non autem est promissio gaudendi semper, aut nunquam dolendi de voto facto: ergo si dolor non sit tantus, ut excludat voluntatem adimplendi promissum, non est contra votum; imo neque ex genere suo, contra nullum præceptum, nullum enim de hac re expressum inuenitur. Hæc ille, omnino ex Suario *cap. 7. cit. num. 4.* quem non citat. Ita etiam Valentia *2. 2. disp. 6. q. 6. pun. 3. ad finem,* & Sotus *lib. 7. de iust. q. 2. art. 4.* Quos citat, & sequitur Sanchez *n. 2. cit. ibi*: Imò nec est peccatum per se loquendo. Quippe idem prorsus voluntatis, obiectum est, præteritus vouendi actus & futurus: at integrum est cuilibet nolle vouere in futurum: ergo & nolle vouisse, siquidem non dolet de actu ad quem tenebatur. Atque ita docent Sotus, & Valentia. Hæc Sanchez, qui tamen statim limitat suam sententiã, ut mox videbimus.

Alij igitur distinguendo, docent, quod si ea pœnitentia sit de votis diuturnis, & grauis momenti, ut perpetuæ castitatis, &c. sit communiter veniale. Quia nascitur ex tepiditate, & defectu perseuerantiæ, disponitque ad voti transgressionem. Si autem votum sit de rebus non tanti momenti, nec tam diuturnis, non est communiter veniale, quando adest aliqua causa honestans: nam absque omni prorsus causa, veniale, inquit, erit: quia contra rectam rationem est, de bono admissio pœnitere: cum proprium pœnitentiæ obiectum sit res mala: & quia communiter solet afferre transgressionis periculum. Sic Caiet. & Sotus, quos videtur sequi Sanchez *num. 2. cit.*

Alij denique, apud eundem, absolutè docent, quod pœnitere de voto à se facto generaliter sit veniale, quando deest iusta causa. Ita Siluest. *votum 2. q. 20.* Azor *lib. 11. cap. 15. fine,* & Rodrig. *tom. 2. sum. cap. 99. num. 3.* Sed certè ex his Authoribus, solus Syluest. loquitur cum illa limitatione, quando, videlicet, deest iusta causa. Cæteri vero minimè. Audi Siluestrum. Non est mortale pœnitere de voto: imo, nec peccatum, modo sit causa rationabilis pœnitendi: quia nullo iure talis pœnitentia prohibetur, modo homo exequi proponat. Sic Siluest. & Azor sic: Dicendum est, eum peccare, qui votum factum violare constituit, aut qui negligit, vel ultra tempus constitutum segniter prorogat. Enim vero is lethale peccatum non contrahit, qui cum in animo habeat votum reddere, non vouisse vellet: peccat vero si doleat de eo actu, quo initio vouit: nec enim tibi fas est, dolere, quod honestatis, ac virtutis opus effeceris: ac proinde tibi non licet dolere quod votum feceris. Hæc Azor. Quem vide sine limitatione illa loquentem. Rodriguez tandem, solum

dicit, talem pœnitentiam nõ esse mortalem, sic: *Pues no se comete contra algun precepto que de necesidad obligue à votar. Verdades (addit) que quando deste pensar se viene el alma à relaxar, de manera, que se pone à peligro de quebrantar el voto, sera peccado mortal, como lo dicen Soto lib. 8. de iust. art. 4. col. penult. y Nauarro cap. 12. num. antepenult. Hæc & non ampliùs Rodriguez. Cuius additum etiam approbat cum aliis, Sanchez, vbi supra.*

Ego autem clarius Respondeo *primò sic.* Certum est, quod, ille quem pœnitet de voto à se facto, cum intentione tamen illud adimplendi, non peccet mortaliter: quia nullum ius frangit. Sic communiter omnes, præcipuè nuper citati.

Respondeo *Secundò*; ille quem cum prædicta intentione adimplendi votum, pœnitet illud vouisse, non peccat adhuc venialiter, saltem directè, contra votum à se factum. Quia directè non facit contra illud, adhuc leuiter, ut constat: ergo. Dixi non peccare, directè saltem contra votum, adhuc venialiter; quia indirectè, & quasi, ut ita dicam, in obliquo, potest, & hoc solum probat Azor vbi supra. Legatur Raphael *loco citato, dicto 3. vsque ad 4.* vbi dicit tale peccatum non esse contra votum, sed præter modum debitum eius.

QVÆSTIO IX.

An, opus factum ex voto cum tristitia & pœnitentia de voto emisso, sit adhuc magis meritorium, quàm si non fieret ex voto?

Negabit à fortiori Armachan, relatus *quest. 6.* Sed adhuc ut certum Respondeo adhuc esse magis meritorium, dummodo in vouente adsit propositum seruandi votum. Sic S. Thom. *2. 2. q. 88. art. 6. ad 2.* per hæc verba: Si autem ipsum opus secundum se consideratum triste, & inuoluntarium redderetur post votum, dum tamen remaneat voluntas votum implendi, adhuc est magis meritorium, quàm si fieret sine voto: quia impletio voti est actus religionis, quæ est potior virtus, quàm abstinentia, cuius actus est ieiunare. Sic S. Doctor, & Raphael, *loco cit. dicto 4. n. 4.* & Prado *cap. 31. de voto, q. 11. §. 7. num. 49.*

QVÆSTIO X.

An peccet ille qui pœnitet vouisse solemniter Religionem, iusta interueniente causa?

Negat Angles mortaliter peccare; his verbis: Non peccat mortaliter, quem pœnitet vouisse propter bonum finem: v.g. si quem pœniteret solemniter vouisse, quia, habet parentes necessitate oppressos, quibus extra Religionem liberius subuenire posset, talis enim nolitio est actus meritorius, quia finis est optimus. Ita ille *q. vnica de voto, art. 5. dub. 2. concl. 3.*

Sed ego clariùs Respondeo nec adhuc venialiter peccare. Quia pœnitere voti emissi, cum causa iusta, & rationabili, est actus optimus, ac proinde meritorius, ergo immunis erit ab omni peccato, & culpa. Sic Siluest. *q. 8. Sanchez num. 2. citato,*

citato, & credo, sic sentire Angles, quamvis non ita clarè se explicuit. Legatur Suarez libro 5. de voto, cap. & numero ultimo.

conditione separante ab illis obligationem voti, seu quod idem est, solum est dolor de applicatione animi ad votum, & hic dolor nullum est peccatum, saltem contra votum. Sic Suarez num. 4. & Raphael, num etiam 4. ex Caiet. loco cit. Quem non citant.

QVÆSTIO XI.

An, peccet mortaliter ille, quem pœnitent se fecisse illa opera, ad quæ ratione voti tenebatur?

Respondeo tanquam certum: quod sic. Quia ista pœnitentia est de re necessaria ad salutem; cum sit dolere de præterita impletione voti: at hoc ex genere suo est mortale: ergo. Sic Angles loco cit. concl. 6. ita dicens: Peccat mortaliter semper proculdubio, quem pœnitent observare votum. Idem enim est peccare, & velle peccasse: & quem pœnitent observasse votum, vult olim peccasse. Peccatum namque potius in voluntate, quàm in opere consistit; nam quod intrat per os, non coinquinat hominem, sed quod procedit ex ore, id est, corde. Sic ille, & antea Caiet. quæst. 88. art. 6. ad 3. & etiam Raphael. *ibid.* disp. unica, num. 4. & Suarez mox citandus.

QVÆSTIO XII.

An ille, quem pœnitent, hodie (v. g.) esse diem ieiunij, committat aliquam culpam?

Respondeo vt certum: Quod non committat, dummodo cum illa pœnitentia retineat propositum ieiunandi. Sic Suarez loco cit. num. 5. id probans, quia talis actus dolendi aut pœnitendi, neque est contra temperantiam, cum hæc, & opere, & proposito seruetur: neque est contra obedientiam; quia hæc non obligat, vt ipsummet præceptum placeat, aut non contristet, sed vt fiat quod præceptum est. Et eadem ratione dolere de præterito actu præcepti iam facto, non quidem dolendo de ipsa observantia præcepti, sed solum de ipso actu secundum se; & solum de hoc, quod fuerit tunc ex præcepto necessarius, nullum peccatum est (vt dolere, quod præterito die non laborauerim propter Ecclesiæ præceptum:) tunc enim non displicet fecisse quod Ecclesia præcepit; sed displicet, præceptum occurrisse tali die, quod per se malum non est. Hæc Suarez.

QVÆSTIO XIII.

An, peccet ille quem pœnitent, se Professum esse; & tot annos in Religione vixisse?

Respondeo dicendum, quod huiusmodi dolens nullo modo peccet, contra votum à se emissum; cum talis dolor propriè non sit de voti observatione, aut de operibus factis ex præsupposito voto (quia tunc clarum est fore mortale, vt constat ex dictis quæst. 11.) sed de operibus sub
P. Leand. in Decal. T. 11.

QVÆSTIO XIV.

An, si quis faciat votum nunquam dolendi de aliquo alio voto à se facto; & de facto doleat; tunc contra votum delinquat?

Respondeo vt certum: Quod sic. Quia licet ille dolor non esset malus, eo quod esset dolor voti; esset tamen malus, & mortaliter talis (si votum esset rei grauis) quia esset directa transgressio illius secundi voti, nempe non dolendi de aliquo voto à se emissio. Sic Suarez num. 5.



DISP. VLTIMA REMISSIVA.

De aliis rebus pertinentibus ad hunc de voto tractatum.

Quia tract. 1. de iuramento multa scripsimus, quæ ad hunc pertinent tractatum, ideò placuit hîc adnotare illa, vt facile tuo desiderio satisfacere queam. Scito ergo quod.

DE voti obligatione, & materia inuenies tractatum, disputat. 9. de iuramento.

De voto, dolo, errore, aut ignorantia præstito, disp. 11.

De cessatione voti, ob cessationem causæ, qua emissum est, disp. 12.

De cessatione voti, ob notabilem mutationem rei promissæ, disp. 13.

De tempore, quo votum est persoluendum, disp. 14.

De cessatione voti ex non adimptione tempore designato, *ibid.*

De cessatione voti, ob remissionem partis, disp. 15.

De cessatione voti, ob irritationem, disp. 16.

De potestate, quam habet Pontifex ad irritanda vota, disp. 16. §. 2.

De potestate, quam habent Prælati Regulares ad irritanda vota suorum subditorum, *ibi* §. 7.

De potestate, quam habent parentes ad irritanda vota filiorum, disp. 16. §. 4.

De potestate, quam habent tutores, & curatores ad irritanda vota pupillorum, & minorum. *ibid.* §. 5.
 De potestate, quam habet mater ad irritanda vota filiorum, *ibi.* §. 6.
 De potestate, quam habent dominus, herus, & magister, *ibidem* §. 6.
 De potestate, quam habent coniuges ad irritanda ad inuicem vota, *ibidem* §. 7.
 De potestate quam habent domini ad irritanda vota seruorum, *ibidem* §. 8.
 De dispensatione voti, *disp.* 17.
 De potestate dispensandi vota, *ibid.* §. 1.
 De habente potestatem ordinariam dispensandi vota, *ibid.* §. 2.
 De votis, in quibus Episcopi possunt dispensare, *ibidem* §. 3.
 De votis Pontifici reseruatis, *ibidem*.
 De casibus, in quibus Prælati inferiores possunt dispensare in votis Papæ reseruatis, *ibi.* §. 4.
 De potestate, quam habent Regulares dispensandi in votis. *ibi.* §. 5.
 De commutatione votorum. *disp.* 18.
 De illis, qui habent potestatem commutandi vota. *ibi.* §. 1.
 An in maius, in minus, & in æquale. *ibidem*.
 De aliquibus in commutatione votorum seruandis. *disp.* 18. §. 2.
 De aliquibus peculiaribus votorum commutationibus. *ibi.* §. 3.
 De voti interpretatione, *disp.* 19.
 De voto ieiunandi, *disp.* 20.

De voto non bibendi vinum. *ibi.*
 De voto abstinendi à carnibus. *ibi.*
 De voto ingrediendi Religionem, *disp.* 21.
 De vouente ingressum Religionis in communi, *ibi.* §. 2.
 De voto Religionis emisso, ab illo, qui debitis est obstrictus, *disp.* 22.
 De voto Religionis emisso ab illo, qui Parentes in necessitate habet, *disp.* 23.
 De necessitate adimplendi vota per alium, *disp.* 24.
 De obligatione adimplendi vota defuncti, quam habent hæredes, *disp.* 25.
 De votis ciuitatum, & populorum, *disp.* 26.
 De voto non ambiendi Prælationes, *disp.* 27.
 De voto non ludendi, *disp.* 28.
 De voto non petendi dispensationem, aut irritationem, *disp.* 35.
 De voto non peccandi mortaliter, nec venialiter, *disp.* 9. à *quest.* 16.
 De voto peregrinandi, *disp.* 9 à *quest.* 35.
 De voto facto contra leges Ciuiles & Canonicas, *disp.* 9. à *quest.* 42.
 De voto non vouendi, *disp.* 39.
 De voto Tertiariorum, *disp.* 40.
 De voto purè conditionali, *disp.* 41.
 De voto conditionali penali, *disp.* 42.
 De voto dubio, & indeterminato, *disp.* 43.
 De promissione absque animo se obligandi, *disp.* 44.
 De voto emisso vi metus intrinseci, *disp.* 46.

Et hæc sufficiant ad laudem & gloriam Sanctissimæ & indiuiduæ Trinitatis, necnon Beatissimæ Virginis Mariæ, Conceptæ absque labe originalis peccati, & Beatiss. Patriarcharum Ioannis de Mata, & Felicis de valois.





INDEX
SENTENTIARVM,
RERVMQVE NOTABILIVM,
Quæ in hac septima parte de Iuramento Voto
continentur.

*Prior numerus paginam littera p. indicat, posterior questionem
littera q. designat.*

A

Abbas & Abbatissa.



Abbatissa possunt irritare omnia vota
suarum monialium, quæ possent Præ-
lati circa suos Religiosos. p. 116. q. 21
Vide in verb. *Priorissa.*

Abbatissa nequit ex commissione Ordinarij, vel
Prælati regularis uti facultate dispensandi in vo-
tis & iuramentis suarum monialium. *ibid.*

Et an Papa de facto alicui scemina potestatem iurif-
dictionis spiritualis concesserit. *ibid.* q. 159

Abbatissæ & alij Prælati, qui Diocesim sibi subdi-
tam habent, & iurisdictionem quasi Episcopa-
lè, possunt eum suis subditis in iuramentis, & vo-
tis eodè modo dispensare, ac Episcopi. p. 160. q. 71

Abbatissa nequit dispensare & commutare vota seu
iuramenta Deo præstita suarum monialium.
p. 180. q. 156.

Abbatissæ potest de absoluta potestate Papæ con-
ferri iurisdictione spiritualis, & per consequens po-
testas dispensandi in votis, & iuramentis. *ib.* q. 157
Absolutio.

Absolutio est deneganda iis qui habent consuetudi-
nem iurandi, neque habent firmum propositum
talis consuetudinis corrigendæ. p. 59. q. 11
Absolutus.

Absolutus à voto duplici pœnali, censetur etiam ab-
solutus à pœna imposita. p. 299. q. 8

Absolutus à voto vel iuramento à se emisso, non
censetur quoque absolutus à pœna iam per trans-
gressionem voti incurfa. p. 300. q. 9

Academici.

an Academici teneantur sub mortali comitari Re-
ctorem in die Sancti Nicolai, vel Sancti Martini,
vide in verb. *Scholastici.*

Adimplens.

An adimplens iuramentum aut votum rei venialis
eo quod iuraverit, aut vouerit tale veniale factu-

R. P. Leand. in Decal. T. II.

rum, peccet mortaliter vel venialiter. p. 53. q. 38
Adimplens votum rei venialis, eo quod vouerit tale
veniale facturum, peccat venialiter, si illum non
excuset ignorantia. p. 343. q. 37

Adstrictus.

Adstrictus voto vel iuramento quo promisit omnia
venialia in confessione fateri, tenetur in sequenti
confessione fateri venialia oblita in precedenti
confessione, quorum postea meminit. p. 66. q. 31
an Adstrictus voto vel iuramento ædificandi totam
Ecclesiam, si postea adeo fiat inops, ut non possit
nisi partem ædificare, teneatur ad illam ædifican-
dam. p. 67. q. 32

Adstrictus voto, vel iuramento dandi alicui Eccle-
siæ centum aureos, si postea non possit nisi qua-
draginta dare, ad id tenetur. *ibid.* q. 33

an Adstrictus voto aut iuramento ieiunandi omni-
bus diebus vitæ suæ, teneatur ad id: & casu quo
non possit id totum, teneatur ad partem. *ib.* q. 34

Adstrictus voto adeundi Hierosolymam flexis ge-
nibus, aut cum buffone in ore, tenetur adire abs-
que prædictis modis. p. 67. q. 35

Adstrictus voto adeundi Romam indutus sacco, te-
netur Romam adire sine sacco. p. 68. q. 37

Adstrictus voto adeundi Romam sacco indutus,
cessante possibilitate peregrinationis, cessat obli-
gatio induendi saccum. *ibid.* q. 38

an Adstrictus voto adeundi Romam nudus te-
neatur illam adire. *ibid.* q. 39

Adstrictus voto ingrediendæ Religionis, non satisfa-
cit illi assumendo Episcopatum. p. 219. q. 69

Et an tali voto ligatus peccet mortaliter, si Episco-
patum acceptet eo Religionis voto non impleto.
ibid. q. 70.

Et an peccet mortaliter non solum acceptatione
confirmationis, seu collationis qua verè Episco-
patus obtinetur, sed etiam acceptatione electio-
nis, qua non Episcopatus, sed ius ad Episcopa-
tum confertur. p. 220. q. 71

vide in verb. *Episcopus.*

Index Sententiarum,

- Adstrictus voto ingrediendi Religionem, ob finem adipiscendi in ea sacerdotium, potest ingressum differre donec Grammaticam discat. p.93.q.7
- Adstrictus voto assumendi Sacerdotium anno vigesimo quinto suæ ætatis, non tenetur ante illud tempus minores ordines suscipere. *ibid.* q.11
- Adstrictus voto, aut iuramento ieiunandi vigilia alicuius Sancti ob eius deuotionem, si de facto non ieiunet, non tenetur alia die ieiunare. p.95. q.18
- Adstrictus voto ieiunandi Aduentu huius anni, aut Sabbatis huius mensis, si culpabiliter omittat, non tenetur aliis diebus ieiunare. p.96.q.19
- Neque etiam tenetur ieiunare aduentu alterius anni, aut Sabbatis alterius mensis. *ibid.* q.20
- Adstrictus voto ieiunandi bis aut ter singulis hebdomadis, non tenetur supplere ieiunia culpabiliter omissa. *ibid.* q.22
- an Adstrictus voto ieiunandi toto anno integro, si ieiunium interrumpat, teneatur denuò incipere ieiunium totius anni. *ibid.* q.24
- an Adstrictus voto aut iuramento soli Deo facto dare seruum Hospitali, quem postea occidit, teneatur ad aliquam commutationem hospitali faciendam. p.97.q.27
- Adstrictus voto aut iuramento tenetur in duobus casibus dispensationem, commutationem, aut iritationem petere. p.151.q.36
- Adstrictus voto aut iuramento recitandi Rosarium, satisfacit alternatim recitando cum socio. p.197. q.5.
- Sicut etiam satisfaceret voto recitando promissum Rosarium mente; casu tamen duntaxat, quocertò constaret id spirituali suæ saluti expediensius esse. *ibid.* q.6
- Adstrictus voto singulis diebus audiendi Missam, satisfacit diebus festiuis vnicam audiendo. *ib.* q.7
- an Adstrictus voto peregrinationis satisfaciat, si mercede conductus, aut causâ alterius negotij, aut curiositatis, peregrinationem suscipiat. p.198. q.10.
- Adstrictus voto seruandi castitatem, infra annum, non tenetur ex vi talis voti seruare castitatem post annum completum. *ibid.* q.12
- Adstrictus voto ieiunandi in vigilia Natiuitatis Domini, potest ita amplam refectiunculam sumere sicut sumunt alij, qui ex præcepto Ecclesiæ ieiunant. p.198.q.2
- Adstrictus voto ieiunandi in quadragesima, non tenetur abstinere ab ouis, & lacticiis, etiamsi careat Bulla Cruciatæ. p.199.q.4
- Adstrictus voto abstinendi à carnibus, tenetur quoque abstinere à iure quo coctæ sunt. p.203. q.22
- Adstrictus absoluto voto ingrediendi Religionem, non satisfacit sumendo Habitum Equitum D. Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, & Montefæ. p.205. q.11
- Et an idem dicendum sit de eo qui post emissum absolutum votum Religionis, assumit Habitum Equitum D. Ioannis. *ibid.* q.12
- Adstrictus voto Religionis non tenetur votum suum Religiosis manifestare, etiamsi probabiliter crederet hanc manifestationem ad eius receptionem profuturam. p.211.q.38
- an Adstrictus voto Religionis sub gradu laicorum, si eum Religiosi nolint recipere nisi aliquod officium mœchanicum discat, teneatur illud addiscere. p.213.q.49
- Et si officium quod expostulant Religiosi sit seitu facile, teneatur illud addiscere vt voto satisfaciat, p.214.q.50
- Adstrictus voto perseuerandi in Religionem, si ob aliquam iustam causam exeat, aut expellatur, tenetur denuò ingredi ea causa cessante. p.218.q.64
- Adstrictus voto Religionis, acceptans electionem ad Episcopatum, non tenetur licentiam à Summo Pontifice exigere ad resignandum Episcopatum. p.220.q.26
- Adstrictus voto aut iuramento non ludendi, potest aliis suam pecuniam tradere, vt nomine suo ludant. p.260.q.12
- Et an idem dicendum sit si velit ipsemet tradens vt ipse quibus tradita est pecunia, proprio nomine tradentis ludant. *ibid.* q.13
- Adstrictus voto aut iuramento non ludendi donec Pater suus Româ redeat, aut Româ proficiscatur, potest sine violatione voti & iuramenti ludere si pater morte præuentus neque Româ redeat, neque Romam proficiscatur. p.292.q.22
- Adstrictus voto non ludendi, qui sibi in pœnam violationis voti eleemosynam decem aureorum imposuit, toties tenetur dare eleemosynam, quoties votum violauerit. p.263.q.26
- Adstrictus iuramento seruandi statuta Vniuersitatis, Collegij, aut alterius communis, non tenetur seruare ea quæ non sunt in vsu, & iam non obligant. p.277.q.6
- Quod etiam verum est, quando statutum quod iurans promisit seruare, reuocatum est per potentem reuocare. *ibid.* q.7
- Adstrictus remanet absolutè castitatis voto, ille qui absolutam intentionem habens seruandi castitatem dicit, *voueo*, vel *inuro castitatem*: etiamsi postea transacto aliquo tempore adiiciat aliquam conditionem. p.293.q.15
- an Adstrictus voto ieiunandi vigiliâ alicuius Sancti, si hæc incidat in Dominica, possit Sabbato antecedenti ieiunare. p.346.q.46
- Adultera.*
- Adultera interrogata à marito an adulterium commiserit, potest cum restrictione mentali, respondere se matrimonium non fregisse, & adulterium non commisisse. p.316.q.25
- Ager.*
- Ager admonitus de periculo mortis, nolensque confiteri, est in pœnam suæ obstinationis à Medico deferendus, nisi aliàs ex tali desertione graue damnum pateretur. p.266.q.11
- Ætas.*
- Ætas eadem non sufficit ad testificandum in ciuilibus, & in criminalibus. p.36.q.5
- Agitatio.*
- Agitationes taurorum quæ in Hispania fiunt in Sanctorum honorem, ita fiunt vt malæ non sint, nihil tamen habent vtilitatis, aut conuenientiæ, vt ad Dei vel Sanctorum honorem conferre quidquam possint neque mediatè, neque immediatè. p.335.q.18
- Alumnus.*
- Alumni Collegij Anglicani qui Romæ præstant iuramentum, se absolutis studiis vitam Ecclesiasticam perducturos, & in Angliam ad Fidem Catholicam docendam ituros: possunt adhuc tuta conscientia Religionem ingredi. p.273.q.3
- Alumni Collegij Anglicani non prohibentur simpliciter Religionem ingredi vi iuramenti ab ipsis præstiti. *ibid.* q.4
- Amphibologia.*
- Amphibologia mentalis quænam sit, & quæ ita dicatur

Rerumque Notabilium.

dicatur. p. 311. q. 9
 Amphibologiâ, seu restrictione mentali potest quis
 vti absque mendacio. p. 312. q. 10

Angelus.

Angeli boni cum hominibus loquentes iurare pos-
 sunt, & de facto iurauerunt. p. 43. q. 39
 Angeli sancti inter se loquentes nequeunt iurare.
 ibid. q. 40
 Angeli mali inter se, aut cum bonis loquentes, pos-
 sunt iurare, sed de facto non iurant. ibid. q. 41
 Angeli mali cum hominibus loquendo interdum
 iurant, non ex bono fine, sed ad decipiendos ho-
 mines. p. 44. q. 42
 Angeli in statu viâ spectati verè potuerunt Deo
 vota emittere; non tamen de facto emisissent.
 p. 357. q. 31
 Angeli beati post statum viâ sunt apti ad vouen-
 dum, vsus tamen vouendi non est illis accom-
 modatus. ibid. q. 32

Apostata.

Apostatæ à fide non possunt esse testes contra
 Christianum. p. 42. q. 33

Archidiaconus.

Archidiaconi qui iurisdictione Episcopali carent,
 nequeunt in iuramentis & votis Deo præstitis
 dispensare. p. 160. q. 72

Archiepiscopus.

Archiepiscopi electi & confirmati habent potesta-
 tem ordinariam dispensandi vota & iuramenta
 Deo præstita suorum subditorum. pagina 156.
 q. 57
 Archiepiscopi possunt vti facultate dispensandi in
 votis & iuramentis etiam ante receptum pal-
 lium. ibid. q. 58
 Archiepiscopi nequeunt dispensare in votis & iu-
 ramentis Deo præstitis cum Episcopis subdito-
 rum suffraganeorum. ibid. q. 59
 Quod idem dicendum est etiam quando visitant
 Episcoporum suffraganeorum Diœceses. p. 157.
 q. 60
 An Archiepiscopus possit dispensare in votis, &
 iuramentis ipsiusmet Episcopi suffraganei. ib. q. 61

Atheni.

Atheni qui animam immortalem non credunt, non
 sunt capaces iuramenti. p. 44. q. 44

Audiens.

Audiens blasphemantem non tenetur eum acriter
 obiurgare, increpare, aut reprehendere, siue sit
 spes emendæ, siue non. p. 34. q. 68
 Audientes blasphemantem tenentur illum iudici
 denunciare. ibid. q. 69

Auditor Regius.

Auditores Regij, & alij publici ministri non pec-
 cant mortaliter transgrediendo iuramentum,
 quo promiserunt se seruatores aliquod speciale
 secretum, si materia sit leuis. p. 270. q. 4

Auus, & Auia.

Aui & auia, & reliqui ascendentes progenitores
 possunt irritare omnia minorum vota, quæ
 deficientibus patre, tutore, & curatore irritati
 possunt per matrem. p. 133. q. 122
 Auus viuente patre nequit nepotis impuberis vota
 irritare. p. 133. q. 123

B

Beata.

Beata Ordinis Sanctissimæ Trinitatis possunt
 deferre patientiam, seu scapularium quam de-
 ferunt Moniales eiusdem Ordinis. p. 287. q. 18
R. P. Leand. in Decal. T. II.

Beatæ quæ in propriis domibus habitant, gaudent
 omnibus priuilegiis, quibus fruuntur Fratres
 Tertianij collegialiter viuentes, dummodò vir-
 ginalem, cœlibem, aut castam vidualem vitam
 traducant; sub expresso voto, & Habitu Reli-
 gionis. p. 289. q. 26

Beneficiatus.

An beneficiati residentiam necessariam habentes,
 possint inconsulto Superiore votum peregrina-
 tionis emittere. Vide in verb. *Clericus.*

Blasphemia.

Blasphemia quid sit. p. 19. q. 1
 Blasphemæ variæ species. ibid. q. 2. & seqq.
 Blasphemæ hæreticalis quadruplex species, aut
 modus. p. 20. q. 3
 Blasphemia simplex, quadruplex est. ibid. q. 4
 Blasphemia non solum ore, sed etiam mente aut
 scripto committi potest. ibid. q. 5
 Blasphemia propriè loquendo non committitur si-
 gnis aut factis, sed solis verbis. ibid. q. 6
 Blasphemia propriè & formaliter loquendo est
 peccatum virtuti Religionis oppositum. pag. 21.
 q. 11
 ad Blasphemiam committendam non requiritur
 affectus, seu voluntas expressa inhonorandi
 Deum, seu derogandi diuinæ maiestati. ibid. q. 7
 Ad Blasphemiam sufficit quod contineat contu-
 meliam in Deum, neque de eius ratione est quod
 contineat falsitatem. p. 21. q. 8
 Blasphemia ex genere suo est peccatum mortale.
 ibid. q. 12
 Blasphemia propriè dicta, in Deum, aut Sanctos
 ferio, & deliberatè iactata, non potest ex parui-
 tate materiæ fieri peccatum veniale. p. 22. q. 13
 Blasphemia in Deum, vel Sanctos prolata potest
 fieri mortalis, vel venialis, ratione iocosi modi
 quo profertur. ibid. q. 14
 Blasphemia ex indeliberatione aut inaduertentia
 in Deum prolata est peccatum veniale. p. 23.
 q. 16
 Blasphemia in Deum iactata, vt sic, specie differt
 ab ea quæ profertur in Sanctos. ibid. q. 19
 Blasphemia est iurare verum vel falsum, per falsos
 Deos. p. 24. q. 23
 Blasphemæ sunt omnes loquendi modi, quibus
 Deo, vel Sanctis aliquem dolorem aut pœnitenti-
 am tribuimus. p. 25. q. 16
 Blasphemæ sunt omnia verba derogantia omnipoten-
 tiæ Dei. ibid. q. 17
 Blasphemia non est dicere, Diabolum esse omnipo-
 tentem, aut sanctum: Puellam amasiam esse
 Deam: Fatum omnia regere. p. 26. q. 33
 Blasphemia non est dicere; *Natus sum in hoc fatos
 in hac astrorum constellatione: sic tandem futurum
 erat.* ibid. q. 24
 Blasphemiam non committit hæc verba proferens.
Renego talem, pœniteat talem: dummodo per ly-
 talem, non intelligat Deum, aut aliquem San-
 ctum. ibid. q. 25
 Blasphemiam non important hæc verba, quocum-
 que idiomate prolata: *Poter di Dio, posar di Dio,
 possanza di Dio.* p. 27. q. 38
 an Blasphemiam committat qui dicit, *hoc ita ve-
 rum est sicut Euangelium, aut sicut Deus verus
 est, & similia.* p. 28. q. 41
 Blasphemia hæreticalis est dicere, *per corpus Dei
 Patris, per eius barbam, per alas Spiritus Sancti.*
 p. 29. q. 48
 Blasphemæ hæreticales solum possunt puniri à
 Dominis Inquisitoribus, ab eorumque Tribu-
 nali

Index Sententiarum,

- nali cognosci. p. 31. q. 57
- an Blasphemia hæreticalis sit referuata in foro Sacramenti pœnitentiæ, Inquisitoribus tantum. p. 35. q. 73
- Blasphemia publica & notoria, non est iure canonico referuata Papæ aut Episcopo. *ibid.* q. 34
- Blasphemans.*
- Blasphemans ex habitu absque plena, & sufficienti aduertentia ad peccatum mortale, non committit blasphemando nouum peccatum mortale, sed solum peccat in causa, non auferendo prauam consuetudinem ad quam aduertit. p. 23. q. 17
- Blasphemans inaduertenter, & inconsideranter, qui tamen ita est ad blasphemandum dispositus ut etiam si aduertenter, blasphemaret, non peccat mortaliter actu blasphemando. *ibid.* q. 18
- Blasphemans, qui vnico continuato actu plures blasphemias diuersi generis in Deum, vel aliquem Sanctum profert, non committit nisi vnum peccatum. p. 30. q. 50
- Blasphemans, qui vnico impetu plures blasphemias erga plures Sanctos profert, vnicum tantum committit peccatum. *ibid.* q. 51
- Blasphemans ex consuetudine, tenetur sub mortali talem consuetudinem extirpare. p. 33. q. 65
- Blasphemanti ex consuetudine non est deneganda pœnitentia sacramentalis, licet illam possit aliquandiu Confessor differre, si ita saluti pœnitentis conuenire videat. *ibid.* q. 67
- Blasphemus.*
- Blasphemus verè non est, qui ad confirmandam facteriam adducit aliqua verba Scripturæ sacræ, sed sacrilegus, & irreligiosus. p. 28. q. 44
- Blasphemantes per blasphemias hæreticales denunciandi sunt Inquisitoribus, qui verò non hæreticales blasphemias proferunt, denunciandi sunt Episcopis, aut aliis iudicibus. p. 34. q. 70
- Blasphemus est quicumque, qui iuraret per aliquam creaturam, etiam sanctam, sistendo in ea tanquam in infallibili veritate. p. 24. q. 24
- Blasphemus est laudans Deum obscœnis verbis. p. 25. q. 28
- Blasphemus non est qui in iurgio cum ira, & indignatione dicit, *ô cuerpo de Dios cum vos, ô sangre de Dios, &c.* p. 25. q. 31
- Blasphemus non est qui dicit in ira, *ô fides Dei cum tali homine, ô virgo Deipara cum tali bellua.* p. 26. q. 32
- Blasphemi olim in lege veteri pœna mortis afficiebantur. p. 32. q. 60
- Blasphemi etiam in lege noua, vltimis supplicis puniuntur, iure ciuili, ex consuetudine blasphemantes. *ibid.* q. 61
- Blasphemis non est imposta pœna mortis iure canonico, sed variæ aliæ pœnæ. *ibid.* q. 62
- Blasphemi de facto, & communiter puniuntur aliquibus determinatis pœnis. p. 33. q. 63
- Blasphemus pro tali condemnatus, est tanquam infamis repellendus à testimonio dicendo in causis quæ exigunt testes omni exceptione maiores, secus in aliis causis. *ibid.* q. 64
- Blasphemus potest à Confessore absolui absque pœna grauissima imposta. p. 33. q. 66
- an Blasphemi præcipue hæreticales, debeant ante denunciationem fraternè corripi, si spes sit emendatæ. p. 34. q. 71. & seq.
- Blasphemus publicus qui statim ac pronunciauit blasphemiam, se retractat, sibi percutiendopæctus, aut os, est omnino denunciandus. p. 35. q. 72

C

Canonizatio.

Canonizationes Sanctorum, solent in Hispania agitationibus taurorum celebrari parum aptè, ac proinde votum de iis faciendis non obligaret. p. 335. q. 18

Capitulum.

Capitulum sede Episcopali vacante potest in omnibus iuramentis & votis dispensare in quibus poterat Episcopus. p. 159. q. 69

Captiuus.

Captiuus apud Turcas retentus, iurans se illum redire, tenetur implere iuramentum cum suæ vitæ periculo. p. 79. q. 22

Captiuus qui à Turcis detentus iurauit pro sua redemptione dare centum aureos, tenetur dum postea liber in patriam remeavit, illos soluere. p. 80. q. 23.

Captus.

an Captus à latrone, qui metu graui propulsus iurat se non denunciaturum illam iudici, vel Ecclesiæ, teneatur adimplere tale iuramentum, p. 74. q. 6.

si Captus à latronibus compelleretur metu mortis iurare, se illos non denunciaturum iudici, etiam si iuridicè interrogetur, nullum esset eius iuramentum. *ibid.* q. 7

Cardinalis.

Eminentissimi Cardinales, Protectores Ordinum, nequeunt irritare vota Religiosorum. p. 118. q. 63

Vide in verb. *Sponsalia.*

Cardinales qui legati Apostolici non sunt, nequeunt ex vi sui muneris dispensare in votis & iuramentis Deo præstitis. p. 155. q. 52

Causa.

Causæ quæcumque, quæ voti aut iuramenti executioni obstant, sufficiunt ad eius dispensationem. p. 146. q. 7

Causæ obstantes executioni votorum, aut iuramentorum, ex quibus capitibus desumantur. *ibid.* q. 8

Causa eadem exigitur & sufficit ad dispensandum in voto, quæ requiritur ad relaxandum iuramentum in solius Dei honorem emissum. p. 150. q. 26

Causa iusta vtendi æquiocationibus, & amphibologiis in iuramentis, quænam sit. p. 311. q. 6

Certitudo.

Certitudo moralis quæ confurgit ex auditu fide digni, non sufficit in iudicialibus, vt quis rem tanquam certam iuret. p. 47. q. 11

Certus.

Certus vouisse Religionem, dubius verò an fuerit in communi, vel in particulari, potest ingredi quamlibet. p. 302. q. 5

Certus de voti emissionem, non verò de eius impletionem, tenetur illud implere. *ibid.* q. 3

Certus se emisisse votum castitatis, dubius tamen an fuerit perpetuæ, vel temporalis, non tenetur nisi ad temporalem. *ibid.* q. 6

Certus se emisisse votum erogandi in elemosynam certas tritici mensuras, dubitat tamen, an de maioribus vel minoribus intellexerit, potest eligere minores ex consuetis in illo loco, nisi sit aliqua ratio suadens verosimilibus esse, mentem vouentis fuisse se ad maiorem mensuram obligare.

Rerumque Notabilium.

- gare. ibid. q. 7
 Certus de promissione, voto aut iuramento; dubius tamen de animo se obligandi, tenetur sua promissione, voto aut iuramento. p. 305. q. 16
- vt Iuramentum sit licitum sufficit quod res de qua profertur, secundum modum & sensum humanum sumpta, sic se habeat. p. 47. q. 13
- ad Iuramentum promissorium præstandum requiruntur tres conditiones quas requirit iuramentum assertorium. p. 50. q. 24
- Iuramentum assertorium & promissorium, non eandem, & vnicam, sed duplicem habent veritatem. ibid. q. 25
- Iuramentum factum de committendo aliquod peccatum mortale, non obligat, neque indiget relaxatione. p. 53. q. 36
- an Iuramentum factum ab eo qui certam medendi artem ab alio didicit sub iuramento aut voto illam non communicandi aliis, sic iurantem obliget. p. 55. q. 44
- Iuramenta indeliberata, ex praua consuetudine iurandi orta, desinunt esse peccata, postquam poenitens talem consuetudinem efficaci proposito retractauit. p. 59. q. 9
- Iuramenta indeliberata ex consuetudine iurandi orta non desinunt esse peccata, postquam poenitens simplici proposito talem consuetudinem retractauit. ibid. q. 10
- Iuramentum promissorium obligat instar priuatae legis, quam iurans sibi imponit. p. 60. q. 1
- Iuramenta de re futura facienda in honorem Dei regulariter loquendo continent votum; possunt tamen ita aliquando fieri, ita vt nullam promissionem Deo factam includant. p. 60. q. 5
- Iuramenti homini facti, non includentis promissionem vnica tantum est ad Deum obligatio. p. 61. q. 8
- Iuramenti homini facti includentis promissionem duplex est obligatio, vna ad hominem; altera ad Deum. ibid. q. 9
- Iuramentum sub Deo de re difficillima, obligat in conscientia. p. 62. q. 13
- Iuramentum, seu votum factum de re partim licita, partim illicita, partim possibili, partim impossibili, seruandum est quoad partem licitam & possibilem. p. 62. q. 14
- Iuramentum factum partim de re licita, partim illicita, partim possibili, partim impossibili, non obligat casu quo vtraque pars collectiue, & per modum vnius iuretur. p. 63. q. 15
- Vide in verbo. *Votum.*
- Iuramentum, seu votum non peccandi mortaliter, est omnino validum. ibid. q. 16
- Iuramentum, seu votum nunquam peccandi nec mortaliter, nec venialiter, neque obligat, neque valet. p. 64. q. 21
- Iuramentum, quo quis promittit, omnia peccata venialia quantum in se est vitare, est validum. p. 65. q. 24
- Iuramentum, seu votum de non mentiendo iocosè, est omnino validum. p. 66. q. 27
- Iuramentum, seu votum de nunquam peccando venialiter in cogitationibus luxuriæ, vel iudicij temerarij, vel infidelitatis, vel in cibo, & potu sumendis, neque est validum, neque obligat. ibid. q. 29
- Iuramentum factum contra bonos mores naturales, neque est validum, neque obligat. p. 69. q. 41
- an Iuramentum seu votum factum contra solos mores ciuiles, seu publicos, sit validum & obliget. p. 70. q. 42
- Iuramentum seu votum contrarium legi ciuili disponenti primò & principaliter de materia pertinente ad bonum commune, nec est validum, nec obligatorium. ibid. q. 42

Index Sententiarum.

- Iuramentum aut votum factum à Clerico parendi iudici sæculari, aut renunciandi priuilegio fori, nec est validum nec obligatorium. pag. 70. q. 44
- Iuramentum præstitum de extrahendis è ciuitate mercibus, armis, aliisque rebus prohibitis, aut de excedendo taxam rerum vœnialium, nec est validum, nec obligatorium. pag. 71. q. 45
- Iuramentum quod mulier præstitit alienandi fundum dotalem sine debita solemnitate, est omninò inualidum. p. 72. q. 50
- Iuramentum metu leui extortum est validum & obligatorium. p. 72. q. 1
- Iuramentum metu graui extortum, spectato iure ciuili, est inualidum, nullamque inducit obligationem; idem tamen dicendum non est spectato iure pontificio, p. 72. q. 2
- Iuramentum factum de soluendis vsuris, non solum obligat in foro externo, sed etiam in foro conscientia. p. 74. q. 8
- Iuramentum soluendi vsuras, & eas non repetendi, cum animo petendæ relaxationis talis iuramenti, est licitum. p. 76. q. 12
- Iuramentum redundi ad carcerem non obligat, quando iurans timet iniustam sententiam in detrimentum suæ famæ, aut rei familiaris magni momenti. p. 80. q. 25
- Iuramentum redeundi ad carcerem, etiam ipsi custodi carceris præstitum nullo modo obligat, casu quo carcer sit iniustus, aut iniusta timetur mortis ferenda sententia. ibid. q. 26
- Iuramentum firmans contractum infirmum, ratione doli, aut erroris versantis circa eius substantiam, nec valet, nec obligat. p. 82. q. 3
- Iuramentum firmans contractum cum dolo concommitante celebratum, nec est validum, nec obligatorium. ibid. q. 5
- Iuramentum appositum contractui celebrato cum errore antecedente, circa accidentia & qualitates ipsius contractus, illum firmat. ibid. q. 6
- an Iuramentum vel votum censenda sint obligare, casu quo dubitetur, an eorum causa sit impulsua, an verè finalis. p. 86. q. 23
- Iuramentum quod ab aliquo homine alij præstatur, sed principaliter in honorem Dei, & in illius obsequium, & minùs principaliter propter hominem; non potest ab eo cui iuratur, remitti. p. 99. q. 7
- Iuramentum factum principaliter in honorem Dei, cuius tamen tota res promissa cedit in fauorem Partis, potest ab illa remitti. p. 100. q. 10
- Iuramenta, aut vota viri emissa ante matrimonium, nequeunt ab vxore irritari. pag. 140. q. 148
- Vide in verb. *vxor.*
- Iuramentum aut votum possunt dispensari, quando ex eis bonum Reipublicæ impeditur. p. 149. q. 22
- Iuramenta Deo præstita Religionis, castitatis, peregrinationis Romanæ, Compostellanæ, & Hierosolymitanæ, sunt summo Pontifici referuata, sicut huiusmodi vota. p. 162. q. 80
- Iuramentum seu votum restringendum est circa naturam actus super quem cadit. p. 196. q. 12
- Iuramentum & votum ita debent restringi, vt non censeantur facta in præiudicium tertij. ibid. q. 3
- Iuramentum, aut votum non ludendi ob vitanda iurgia, discordias, aut pecuniæ prodigalitem, obligat, non ita tamen vt vouens ita, teneatur abstinere à ludo moderato. p. 258. q. 4
- Iuramentum aut votum non ludendi cum certa persona, in tali domo, &c. ob aliquem finem honestum, nempe ob vitandum aliquod malum spirituale, aut temporale, est validum & obligatorium. p. 261. q. 16
- Quod idem dicendum est de iuramento non ludendi chartis. ibid. q. 18
- Iuramentum aut votum non ludendi donec talis persona velit, aut sine consensu Patris, non cessat tali persona facta furiosa. p. 262. q. 21
- Iuramentum præstitum à medicis de monendis infirmis ad confitenda peccata, non obligat illos vbi non est receptus motus Pij V. p. 266. q. 14
- Iuramentum non mutuandi alicui vestes, libros, aut pecuniam, aliquando est obligatorium, aliquando verò non. p. 267. q. 1
- Iuramentum de non mutuando omnibus indiscriminatim, aut non pro omnibus fideiubendo absque consideratione & delectu, validum est & obligatorium. ibid. q. 2
- Iuramenta quæ decuriones, aut rectores ciuitatis emittant, sunt valida & obligatoria. p. 269. q. 1
- Iuramentum seruandi sub secreto ea quæ in confistorio aut congregationibus tractantur, quale faciunt oppidi Decuriones, Auditores Regij, & alij publici ministri, obligat sub mortali in re graui, non tamen in quauis re modica. p. 270. q. 3
- Iuramentum præstitum à scribis, & aliis ministris publicis de obseruanda taxa, non obligat, etsi taxa iusta sit & sufficiens, si lex contrario vsu sit abrogata. p. 271. q. 7
- Iuramentum quod in Collegiis de propaganda fide, & Anglicano præstatur ab alumnis, de non ingrediendo Religionem aliquam sine speciali Sedis Apostolicæ licentia, est validum. p. 272. q. 1
- Iuramentum quod adolescentes in aliquibus aliis collegiis in quibus aluntur præstant, se non ingressuros Religionem, inscio Rectore, vel eo cui curæ sint, est validum. ibid. q. 2
- Iuramentum de obediendo Rectori obligat, cum nouus Rector eligitur, antequam nouum iuramentum fiat. p. 275. q. 11
- Iuramentum aliquorum communitatis, aut collegij, potest ab ipsis extorqueri, quando maior pars iam iurauit. p. 276. q. 3
- Iuramentum seruandi statuta edita alicuius ciuitatis, vniuersitatis, aut communitatis, non est intelligendum de seruandis edendis. ibid. q. 4
- Quod etiam verum est etiamsi tale iuramentum simpliciter præstitum sit. p. 277. q. 5
- Iuramentum seruandi statuta alicuius collegij, aut alterius communitatis, non extenditur ad statuta non licita & non possibilia. p. 278. q. 8
- Extenditur tamen ad statutum, quod tempore, quo præstitum fuit iuramentum, non erat iustum, postea tamen licitum & iustum factum fuit. ib. q. 9
- Iuramentum in academiis, Collegiis, Religionibus, &c. prolatum, defendendi Immaculatam conceptionem Dei genitricis Mariæ, iustum est & pium. p. 279. q. 15
- Obligat etiam ad mortale. p. 280. q. 17
- Iuramentum non petendi commutationem votorum, aut iuramentorum, non includit votum aut iuramentum non petendi eorum dispensationem, vel irritationem. p. 281. q. 6
- Iuramentum aut votum non petendæ relaxationis voti vel iuramenti sine vlla limitatione emissum, absolutè loquendo est inualidum. p. 280. q. 3
- Iuramentum aut votum non petendæ dispensationis votorum vel iuramentorum ab alio quàm à supremo Pontifice, neque concessa vtendi, in aliquo sensu validum

Rerumque Notabilium.

- validum est, in alio inualidum. ibid. q. 4.
- Iuramentum non petendæ relaxationis iuramenti, homini præstiti, & ab eo acceptati, non potest à Superiore relaxari nisi possit & principale relaxare. p. 282. q. 10
- Iuramentum vel votum non vouendi, absolute emissum, nec validum, nec licitum est. ibid. q. 1
- Licitum tamen & validum est iuramentum vel votum non vouendi nisi scripto, aut coram aliquibus testibus, aut absque confessoris consilio, aut nisi alicuius præcepto. p. 283. q. 2
- Et an votum deinde emissum non seruatis illis circumstantiis, sit validum. p. 283. q. 3
- Iuramentum aut votum factum sub quacumque conditione de præterito, vel præsentis, non est conditionatū, sed omnino absolutum. p. 290. q. 6
- Iuramentum aut votum factum sub conditione necessaria temporis futuri, est omninò absolutum & statim perfecte obligans. p. 291. q. 1
- Iuramentum aut votum sub duabus conditionibus, quarum altera sit possibilis, altera impossibilis, obligat adueniente sola possibili. p. 294. q. 20
- vt Iuramentum vel votum conditionatum obliget, non sufficit conditionem adiectam impleri æquiualeuter, casu quo vouens intenderit eam impleri sub propria forma. ibid. q. 21
- Iuramentum aut votum conditionale pœnale, validum est & obligat. p. 298. q. 2
- Iuramentum, aut votum facta ante septennium, debent valida reputari, nisi præsumatur abfuisse vsus rationis. p. 304. q. 13
- Iuramentum toties est licitum, quoties licitum est vt restrictione mentali. p. 312. q. 11
- Iurans.*
- Iurans, per inuocationem diuini Nominis, cupit ac petit quantum in se est vt Deus publicam efficiat ac manifestet rem quam suo iuramento confirmat. pag. 2. q. 5
- Iurans qui existimans librum profanum esse Euangeliorum iuraret per Euangelia in eo contenta, verè iuraret, tenereturque exequi rem tali iuramento promissam. p. 7. q. 29
- Iurans qui intendit iurare per verba quæ iuramenta non sunt, verè remanet obligatus iuramento si sciat quid sit iurare, & velit iurare, secus si nesciat. p. 8. q. 31
- Iurans per hæc verba, *Deus scit me verum dicere*, verè iurat. p. 10. q. 4
- Iurans per hæc verba: *voueo Deo ita esse vel non esse*, graue præstat iuramentum. p. 11. q. 7
- Iurans in anima sua ita verè iurat ac si iuraret per animam suam. p. 12. q. 13
- Iurans per hæc verba; *Iuro per meam conscientiam*, non verè iurat, nisi specialiter per talia verba iuramentum velit præstare. p. 13. q. 15
- Iurans per honesta membra Dei, vt per caput, per sanguinem, &c. si intendat ea tribuere Deo vt Deus est, expresse blasphematur. p. 25. q. 30
- Iurans non peccat mortaliter, qui per hyperbolem iurat rem, quæ vt sonat vera non est. p. 46. q. 7
- Iurans qui dum iurare cœpit, non animaduertit mendacium esse quod iurat, & cum aduertit, non cessat iurare, peccat mortaliter. p. 49. q. 22
- Iurans falsum cum aduertentia plena, non excusatur à mortali, etiam si id faciat ex aliquo bono fine. ibid. q. 23
- Iurans aut vouens rem exiguam quotidie faciendam, peccat mortaliter vel venialiter ratione finis propter quem emisit votum aut iuramentum. p. 52. q. 34
- Iurans aliquod mortale committere, peccat mortaliter, neque ad impletionem iuramenti tenetur. p. 53. q. 36
- Iurans aliquod veniale committere animo adimplendi illud, peccat tantum venialiter. ibid. q. 37
- Iurans aut vouens, seclusa omni ignorantia, se facturum aliquid contra consilia Euangelica, non peccat nisi venialiter. pag. 54. q. 39
- Iurans, aut vouens non daturum eleemosynam ad quam non tenetur, aut non ingressurum Religionem, &c. non peccat, nec etiam venialiter, si postea det eleemosynam, & Religionem ingrediatur. ibid. q. 49
- Iurans, aut vouens rem indifferentem ex obiecto, propter honestum finem, est immunis à veniali. ibid. q. 42
- vide in verb. *vouens.*
- Iuranti non est necesse fateri quoties cum mendacio, quoties cum dubio, aut quoties cum animo non implendi aliquid iurauerit. pag. 55. q. 46
- Iurans passim ex consuetudine sine aduertentia, an verum vel falsum sit quod iurat, non peccat mortaliter, si verum sit quod iurat. pag. 58. q. 6
- Iurans se facturum aliquid, sine promissione aliqua, sed cum solo proposito, tenetur ad faciendum id quod iurauit. p. 61. q. 7
- Iurans se daturum aliquid homini absenti, non tenetur illi dare promissum, casu quo nullus nomine ipsius legitime acceptet. p. 61. q. 11
- Iurans metu graui perculsus, dare latroni centum aureos, causa seruandæ vitæ, tenetur stare promissis, & obseruare iuramentum. p. 73. q. 5
- Iurans soluere vsuras, satisfacit iuramento, illas soluendo, cum intentione tamen statim illas repetendi. p. 76. q. 10
- Iuranti vsuras soluere, & eas non repetere, non est licitum eas repetere. ibid. q. 11
- Iurans soluere debitum, vel aliquid dare, satisfacit iuramento, si compensatione vtatur, eo quod creditor ille tantundem sibi debeat. p. 76. q. 13
- Iurans soluere vsuras, non potest facere compensationem cum ipso vsurarium debito, retinendo eas via cuiusdam anticipatæ recompensationis. p. 77. q. 14
- Iurans inuitus per metum aut vim, dare latroni, aut vsurario decem aureos, non satisfacit, dando quinque, & alia quinque retinendo via compensationis. ibid. q. 15
- Iurans dare latroni, aut vsurario decem, si tantundem vsurarius aut latro iuranti debeant, potest hic facere compensationem cum illo debito, & hoc modo implere promissionem vsurarum. ibid. q. 16
- Iurans à latrone coactus, illi dare centum aureos potest vt amphibologia ad illudendum latronem iuramentum extorquentem. p. 78. q. 15
- Iurans redire ad carcerem tenetur iuramentum adimplere, casu quo carcer, & mortis causa sint iusta. p. 78. q. 19
- Iurans puellæ secum fornicanti, nuptias, putans ipsam esse virginem, non tenetur tali iuramento si postea eam talem non inueniat. p. 83. q. 8
- Iurans per errorem & dolo deceptus, ingredi tale Monasterium, quem putabat esse SS. Trinitatis, non adstringitur suo iuramento, si postea inueniat illud esse S. Augustini. ibid. q. 10
- Et an iurans seu vouens aliquid determinata die

Index Sententiarum,

- die faciendum, nec eâ implens, teneatur illud adimplere ea transacta. p.95.q.17.
- an Iurantes duo sibi inuicem, se amplius non furaturos, audituros sacrum diebus festis, possint sibi inuicem obligationem iuramenti remittere. pagina 99.q.8.
- Iurans aut vouens absolutè non ludere, potest tamen ludere ludo licito, & honesto. pag.258.q.3. Vide in verb. *Iuramentum*.
- Iurans seruare statuta alicuius Religionis, Collegij aut alterius communitatis, nullam committit culpam transgrediendo iuramentum, si statuta non obligent ad culpam. p.278.q.10.
- Nequè semper peccat mortaliter, etiamsi statuta obligent ad culpam. ibid.q.11.
- Iurantes statuta alicuius Religionis, aut alterius communitatis seruare, decernentia aliqua sub certis pœnis facienda aut omittenda, nullam ferè contrahunt culpam ea transgrediendo, ibidem q.12.
- Iurans ingrediendo Collegium aliquod, concollegis suis auxilium ferre quoties casus occurrerit, tenetur ad id vi præstiti iuramenti. pagina 279. q.13.
- Iurans non petere commutationem votorum suorum, potest petere eorum dispensationem aut relaxationem. Sicut è contra iurans non petere relaxationem, aut dispensationem potest petere commutationem, p.281.q.6.&7.
- Iurans non petere dispensationem, aut relaxationem alicuius voti, neque eius commutationem, potest dispensationem à tali iuramento petere. ibid.q.8.
- Iurans non vouere nisi seruatis aliquibus circumstantiis, non peccat semper mortaliter vouendo non seruatis illis. p.283.q.5.
- Iurans aut vouens Religionem sub conditione si Deus præseruet illum per integrum annum, ab aliquo peccato, non tenetur voto si fragilitate victus tentationi succumbat. p.296.q.30
- Iurans dubius, an cum ambiguitate verborum, an cum restrictione mentali iurauerit, iuramento deobligatur. p.305.q.18
- Iurans sponte, & à nemine rogatus, nequit licitè amphibologiis uti. p.311.q.8
- an Iurans cum restrictione mentali absque iusta causa, peccet mortaliter. p.312.q.12
- Iurans quomodocumque amphibologicè, non debet in particulari cognoscere modum quo debeat veritatem tegere, & occultare sine mendacio. p.319.q.38
- An iurans redire ad carcerem, casu quo sit innocens quoad rei veritatem, nocens tamen secundum probata, & allegata, teneatur suo iuramento. p.78.q.10
- an Iurans redire ad carcerem, teneatur suo iuramento, casu quo carcer sit iniustus, & pœna inferenda etiam iusta. p.79.q.21
- Iurans aut vouens aliquid tempore iræ vel alterius passionis, non debet regulariter loquendo, præsumere se sine vsu rationis vouisse, vel iurasse. p.306.q.21
- Iurans falsum sine animo iurandi, peccat mortaliter, etiamsi coactus iuret. p.307.q.3
- Peccat tamen venialiter tantùm iurans verum sine animo iurandi. ibid.q.4
- Iurans habens expressum animum se obligandi (quod solùm in iuramento de futuro esse potest) non semper peccat mortaliter. p.308.q.6
- Iurans cum animo iurandi, & se obligandi, non tamen implendi iuramentum, peccat mortaliter. ibid.q.7
- Iurans proferens verba duplicem sensum habentia, alio sensu quàm audiens intelligat, neque committit mendacium, neque periurium. pag. 309. q.1
- Iurans cum æquiocatione alio sensu quàm audiens intelligat, facit quid illicitum. p.310.q.2
- Iurare.*
- Iurare cuiuspiam non licet per creaturas absolutè spectatas, vt creaturæ sunt. p.6.q.24
- Iurare licet per creaturas sub aliqua consideratione sumptas, secluso omni iure prohibente, si quod est. ibid.q.25
- Iurandi modus per creaturas, ex natura rei nullo modo est illicitus, aut iure diuino, aut humano prohibitus. p.7.q.26
- Iurat verè qui dicit, *Deus est veritas, quod hoc ita est.* p.11.q.6
- Iurat verè ille qui per Deum aut per propriam vitam interrogatus, an hoc ita sit, respondere absolutè ita rem se habere. p.15.q.25
- Iurare *per has barbas, per has vestes, vel per filamentum tunicae meae*, non est verè iurare. pag. 16. q.32
- Iuraret verè qui diceret, *per hunc aërem, terram, aut ignem Dei.* ibid.q.33
- Iurare per creaturas, prout referuntur ad Deum, non est licitum. p.17.q.34
- Iurare per idola, per demones, prout Dei creaturæ sunt, illicitum est. ibid.q.35
- an Iurare per vitam Dei, aut Sanctorum, sit blasphemia. p.27.q.40
- Iurare rem dubiam vt certam, est peccatum mortale. p.45.q.6
- Iurare, aut vouere rem indifferentem, est ex se veniale, defectu iustitiæ. p.54.q.41
- Iurare in iudicio, & contractibus aliquid falsum, sine animo iurandi, est mortale. p.307.q.2
- Quod idem dicendum est etiam extra iudicium, & contractus. ibid.
- an Iurare in iudicio & contractibus veritatem sine animo, iurandi sit mortale. p.308.q.5
- Iurari potest licitè cum æquiocatione, aut verbis amphibologicis, interueniente iusta causa. pagina 310.q.3
- Et an idem dicendum sit casu quo non adsit iusta causa. ibid.q.4
- Iurisperitus*
- Iurisperiti qui præcipuè de iuramento tractarunt. pag.1
- Iusiurandum.*
- Iusiurandum, iuramentum, & sacramentum non sunt omnino synonyma. p.2.q.4
- Iustitia.*
- Iustitia in iuramento assertorio requisita consistit in eo quod actus iurandi sit iustus & rectus. pagina 47. q.14.
- Iustitia deficit in iuramento, non ex eo præcisè, quod quis aliquam rem iniustam, & iniquam iuret, sed ex eo quod rem iniustam, & iniquam iniuste, & iniquè iuret. ibidem q.15.
- Iustitiæ defectus in iuramento assertorio non est desumendus ex eo quod iuramentum confirmet rem aut actionem quæ mortalis sit vel venialis, sed ex eo quod assumatur vt medium, & instrumentum ad finem prauum; vnde inferitur an talis

Rerumque Notabilium.

talis iustitiæ defectus sit mortalis, vel venialis.
p.48.q.16

L

Laicus.

Laicus non admittitur in iudicio ad testificandum contra Clericos, quando criminaliter proceditur. p.40.q.22

Legatarius.

Legatarius tenetur ad satisfaciendum votis realibus legantis. ibid. q.27.

Legatus.

Legatus à Latere nequit Religiosorum vota irritare; sicuti possunt eorum Superiores. p.117.q.61

Legatus Apostolicus potest ex vi suæ dignitatis in votis & iuramentis dispensare. pag.155.q.53

Leuitas.

Leuitas in vouendo, vt consuevit esse in fœminis, est sufficiens causa ad dispensandum in votis. p.147.q.13

Libertas.

Libertas seu deliberatio requiritur ad verum voti valorem. p.322.q.5

Libertas, seu semiplena deliberatio, non sufficit ad voti, aut iuramenti valorem. ibid. q.7

Quod etiam verum est, licet votum, seu iuramentum solum sub veniali obliget. ibid. q.8

Libertas sola, seu deliberatio requiritur, & sufficit ad voti valorem, quæ requiritur ad peccandum mortaliter. p.323.q.19

vide in verb. *Deliberatio.*

Licentia.

Licentia viuendi extra monasterium habitu retento, potest non solum à Summo Pontifice, sed etiam à Generalibus & Prouincialibus concedi Religiosis; vt parentibus graui necessitate laborantibus subueniant. p.231.q.14

M

Magister.

an **M**agistri possint irritare iuramenta & vota discipulorum carentium parentibus ascendentibus, facta in impubertate. p.133.q.126
Vide in verb. *Curator.*

Magister scholarum Salmanticensium potest dispensare in votis, & iuramentis Deo præstitis, Scholasticorum, qui matriculæ sunt adscripti. p.161.q.75.

Maledicere.

an Maledicere creaturis irrationalibus secundum se & propter ipsas, sit mortale. p.31.q.55

Maledicens.

an Maledicens diei, horæ, loco, ventis & pluuiis, sic peccet mortaliter. ibid. q.56

Maledicens diabolo, non peccat mortaliter. p.30. q.52

an Maledicere hominibus; optando eis malum, sit peccatum mortale. ibid. q.53

Maritus.

Maritus potest omnia vxoris vota, & iuramenta Deo præstita, etiam de materia necessaria, quæ constanti matrimonio absque mariti licentia emisit, irritare. p.134.q.127

Maritus potest vota & iuramenta vxoris, de operibus præceptis præstita irritare. ibid. q.128

Maritus nequit votum castitatis ab vxore emissura

irritare, casu quo de consensu vtriusque coniugis præstitum fuerit. p.135.q.131

Et quid si post huiusmodi emissum votum coniuges dent sibi sacrilegè mutuam corporum facultatem p.136.q.132

Maritus potest verè & propriè irritare vota & iuramenta quæ vxor se viuente emisit, licet implenda post matrimonium dissolutum. Sicut succedens priori marito potest irritare vota & iuramenta vxoris quæ poterat prior maritus irritare. p.137.q.136

Masculus.

Masculus potest se ante pubertatem voto obligare. p.351.q.2

Masculus potest ante decimum quartum annum voto & iuramento obligari. p.303.q.12

Mater.

Mater nequit viuente & præsentè patrè filij impuberis vota & iuramenta directè irritare. p.131. q.118

Mater nequit, si adsit auus, tutor aut curator vota filij etiam mortuo patere irritare. p.132. q.119

Et quid dicendum si filius destitutus sit auo, tutore & curatore. ibid. q.120

an Mater quæ filiorum curatrix non est instituta possit puberum suorum vota irritare. ibid. q.121.

Mater nequit irritare vota filij sui post longissimos annos, sicut potest pater. p.133.q.125

Materia.

Materia voti necessariò debet esse bona. p.332.q.1

Materia voti quomodo & quando dicatur & sit indifferens. p.333.q.5

Matrimonium.

Matrimonium metu graui extortum, inualidum est. p.73.q.3.

Matrimonium metu graui contractum est inualidum etiam si ei addatur iuramentum. ibid. q.4

Matrimonium validè contrahit, qui accipit coniugem quam credit nobilem, diuitem, virginem, etsi postea eam talem non inueniat. p.83.q.9

Matrimonium contractum ab eo qui Religiosi voti dispensationem à Supremo Pontifice absque causa obtinuit, est inualidum. p.155.q.49

Matrimonium B. M. Virginis & S. Ioseph, validum profus fuit, licet contractum animo non consummandi illud; ab eo ramen non valet argumentum de cæteris matrimoniis, animo ingrediendi Religionem aut vtriusque emissio castitatis voto contractis. p.248.q.52

Maurus.

Mauri, qui verum Deum licet imperfecto modo cognoscunt, sunt capaces iuramenti. p.44.q.46.

Medicus.

Medici multiplices iure obligantur monere infirmos vt peccata sua confiteantur. p.363.q.1

Medicus tenetur sub mortali attentio solo iure naturali & diuino, monere infirmum vt peccata sua confiteatur. p.164.q.2

Medici non tenentur ex iustitia, monere infirmos vt peccata sua confiteantur, sed solum debent ex charitate declarare periculum mortis quod subeunt p.264.q.3

Medicus satisfacit debito suo monendo infirmum de periculo mortis per Parochum, aut alium eius amicum. ibid.

Medici non liberantur ab obligatione monendi infirmum ad confitenda peccata sua, quando alij ab ipsis requisiti nolunt infirmum monere. p.264.q.5

Index Sententiarum,

Eximuntur tamen ab ea obligatione, si moraliter credant eam non profuturam, aut in peius abituram. ibid. q. 6

Medici tenentur infirmum de periculo vitæ monere, casu quo solum dubitent an sit in mortali, an verò rebus malè compositis discessurus sit. ibid. q. 7

Medici tenentur sub mortali admonere ægrotum, vt fateatur peccata sua, attento solo iure Ecclesiastico. p. 265. q. 8

Medici non tenentur vi Ecclesiastici præcepti admonere infirmos de periculo mortis antequam de salario sibi dando conueniant. ibid. q. 9

Mercator.

Mercatores qui non possunt iustum ab emptoribus mercium pretium obtinere, possunt cum æquiuocatione iurare tantum merces sibi constare, cum de facto non constant. p. 316. q. 27

Mercator, qui merces suas pluri taxâ probabiliter iniustâ vendidit, potest rogatus à iudice iurare, se pluri taxâ non vendidisse. p. 318. q. 36

Minor.

Minores viginti annis possunt in aliquibus causis criminalibus ad testificandum admitti. p. 37. q. 6

Minores vigesimo anno possunt attento iure Hispano ad testificandum in criminalibus admitti. ibid. q. 7

Minores vigesimo anno debent attento iure communi in testes admitti ad probandum nefandum scelus. ibid. q. 8

an Minor seruum habens possit illius vota, aut iuramenta irritare. Vide in verb. *Pupillus.*

Modus

Modus viuendi Tertiariorum nequit propriè appellari Religio, potest tamen appellari Ordo. p. 284. q. 43

Modus viuendi Tertiariorum, qui vnum vel duo vota emittunt, potest analogicè appellari Religio. ibid. q. 4

Monasterium

Monasterium iure hæreditario succedens in bona Professi, nõ tenetur ad vota realia implenda, quæ professus in sæculo emiserat & non impleuerat. p. 242. q. 15

Monasterium iure hæreditario in bona professi succedens, tenetur ad eius vota realia persoluenda, casu quo illa sint intimata Monasterio, & acceptata ante professionem dicti Religiosi. ib. q. 16

Monasterium non teneretur ad vota realia professi persoluenda, etiamsi hic tempore professionis nollet sua vota professione extinguere. p. 243. q. 17

an Monasteria possint se iuramento promissorio obligare: vide in verb. *Communitas.*

Mora.

Mora quælibet adimplendi iuramenti, aut voti data oportunitate, non est mortalis. p. 94. q. 12

Mora quælibet, seu dilatio iuramenti aut voti, est mortalis, si ea posita, timeatur prudenter perpetuum impedimentum adimplendi illa. ibid. q. 13

Mora adimplendi voti excusatur à mortali per bonam fidem differentis adimplentem. ibid. q. 14

Mora adimplendi voti per habitam commoditatem, orta ex omnimoda negligentia, non excusatur à mortali. ibid. q. 15

an Mora per quæcumque longa tempora, adimplendi vota aut iuramenta, quæ integrè postea redduntur, immunis sit à mortali. ibid. q. 16

Mora in iuramentis vel votis ingrediendi Religionem, assumendi Ordinis sacri, &c. magis mortale est quàm in aliis votis, vel iuramentis, vt peregrinandi, dandi eleemosynam, &c. p. 53. q. 10

Morbus.

Morbus continuus, cuius salus desperatur, & talis est vt obseruantias regulares impediret, est sufficiens causa ad dispensandum in votis. p. 148 q. 17

Mulier.

Mulieres quæ dum pueros minantur verba profertur, *per istam Crucem*, non vere iurant, dummodo talia verba proferendo crucem non forment in fronte. pag. 15. q. 24

Mulieres quæ vigesimum annum exceperunt, possunt attento iure ciuili ad testificandum in criminalibus admitti. p. 37. q. 9

Mulieres quæcumque, etiamsi exceperunt vigesimum annum, & cuiuscumque ætatis fuerint, debent à testificando repelli in causa criminali, attento iure canonico. p. 38. q. 19

N

Necessitas.

Necessitas, & vtilitas iurandi in quo consistant. p. 48. q. 18.

Necessitas iurandi quæ, qualis, quantave esse debeat. ibid.

Necessitas conseruandæ progeniei alicuius ducatus aut marchionatus, non est sufficiens causa dispensandi in votis castitatis & Religionis. p. 141. q. 24

Necessitas subueniendi fratribus, & sororibus, absolute loquendo, neque obligat eum qui Religionis voto est adstrictus, neque eum qui non est adstrictus, ad differendum ingressum Religionis. p. 234. q. 29

Negligens.

Negligens in inquirenda veritate rei quam iurat, nõ excusatur à mortali, etiamsi contingat verum esse quod iurauit. p. 49. q. 21

Nemo.

Nemo potest suo voto aut iuramento adstringere alium. p. 245. q. 1

Notarius.

Notario attestante, quod Titius, v.g. iuratus, testimonium dixit, præsumendum est ipsum, iuramentum solemniter præstitisse tactis Euangeliiis aut Cruce. p. 3. q. 10

Nouitium.

Nouitius ingrediens Religionem ex voto, peccat mortaliter exeundo absque legitima causa. pag. 217. q. 61.

Nuncius.

an Nuncius Apostolicus habeat potestatem dispensandi in votis, vide in verb. *Legatus Apostolicus.*

O

Obligatio.

Obligatio inter homines non solum per verba sed etiã per signa externa fieri potest. p. 2. q. 2

Obligatio adimplendi iuramentum promissorium est ex genere suo sub mortali. p. 60. q. 2

Obligatio quam includit iuramentum assertorium, maior & grauior est quàm obligatio quam inducit votum. ibid. q. 3

Obligatio

Rerumque Notabilium.

- Obligatio iuramenti promissorij, facti Deo, maior est quàm obligatio voti. ibid. q. 4
- Obligatio iuramenti promissorij, quod votum non includit, minor est quàm obligatio quam inducit votum. p. 61. q. 6
- Obligatio iuramenti promissorij, homini facti, directe, & principaliter est respectu Dei; secundario verò respectu hominis. p. 62. q. 10
- Obligatio voti maior est quàm obligatio iuramenti promissorij homini facti. p. 61. q. 6
- Obligatio voti aut iuramenti cessat cessante causa finali ob quam emissa sunt. p. 86. q. 1
- Obligatio voti aut iuramenti non cessat cessante horum causa impulsiva. p. 87. q. 2
- Obligatio voti elargiendi Petro eleemosynam quotidianam, cessat si deinde Petrus diues fiat. ibid. q. 3
- Obligatio voti ingrediendi Religionem die Assumptionis B. M. Virginis, non cessat, etiamsi vouens tali die non ingrediatur. p. 96. q. 23
- Obligatio votorum extinguitur morte vouentium. p. 97. q. 28
- Obligatio iuramenti promissorij cessat omnino remissione partis cui præstitum est. p. 97. q. 1
- Obligatio iuramenti promissorij cessat remissione partium, casu quo plures vicissim aliquid sibi sub iuramento promittunt. p. 98. q. 2
- Obligatio voti eleemosynam elargiendi, non ex motiuo paupertatis, sed probitatis, cessat postquam donans comperit virum cui elargienda erat eleemosyna, esse improbum. p. 87. q. 4
- Obligatio voti non ingrediendi talem domum, eo quod ibi adsit mulier occasio peccandi vouenti, cessat tali muliere mortua, vel aliò migrata. ibid. q. 5.
- Obligatio voti aut iuramenti facti homini, & ab eo acceptati non cessat, si culpà iurantis, aut vouentis cesset causa finalis iuramenti, aut voti. p. 88. q. 6.
- Et an idem dicendum sit de obligatione voti, vel iuramenti facti Deo. ibid. q. 7
- Obligatio iuramenti vel voti cessat, quando res ipsi promissa notabiliter mutatur. p. 88. q. 1
- Obligatio voti non cessat adueniente ea mutatione, ad quam si vouentes aduertissent, non se obligassent. p. 89. q. 3
- Obligatio iuramenti, & voti cessat quando horum materia facta est impossibilis. ibid. q. 4
- Obligatio voti cessat ob periculum vitæ, honoris, aut alterius cuiusvis nocimenti grauis, non præuisi. p. 90. q. 8
- Obligatio voti ipso commutato transfertur in eius materiam subrogatam. p. 187. q. 25
- Obligatio prioris voti non reuiuiscit, quando materia in quam subrogatum, est facta est impossibilis, vel inutilis. ibid. q. 26
- ^{an} Obligatio votorum in sæculo emissorum, quæ fuit commutata in professionem Religiosam, reuiuiscat, si vouens ex dispensatione Pontificis redeat ad sæculum. ibid. q. 27.
- Obligatio voti ingrediendi Religionem quam vouens est ingressus, non reuiuiscit, neque tenetur aliam Religionem ingredi, si à priore tanquam ineptus eiiciatur. p. 188. q. 28
- Obligatio voti de mon procuranda, aut acceptanda prælatione extrà Religionem Sanctissimæ Trinitatis, durat etiam casu quo quis ex nostris transeat ad aliam Religionem, in qua non emititur tale votum. p. 254. q. 28
- Obligatio voti non ambiendi prælationes, non extenditur ad Religiosos Discalceatos qui ante editionem constitutionis Pauli V. qua votum hoc statuitur in Religione Trinitariorum Discalceatorum fieri, emiserunt professionem. p. 257. q. 44
- Obligatio medicorum monendi infirmos ante omnia de confessione facienda, intelligenda est de quibuscumque morbis lectum ex se petentibus. p. 265. q. 10
- Obligatio iuramenti seu voti defendendi piam de Virginis Conceptione Immaculata opinionem, ad varia extenditur. p. 279. q. 16
- Obligatus.*
- Obligatus ad ratiocinia reddenda, impeditur à Religionis ingressu quovisque rationem reddat, attempto iure antiquo tum nouo. p. 22. q. 22
- Quod verum est etiam quando est obligatus ad ratiocinia tum publica, tum priuatorum. ibidem q. 23
- Obligatus ad ratiocinia reddenda potest ad Religionem admitti, si credatur quod possit sine lite, aut grauamine, aut distractione rationem reddere. ibid. q. 24
- Obligatus ad ratiocinia reddenda non impeditur à Religionis ingressu, si sufficientem præstet cautionem, qua alij ad reddendam nationem obligentur. ibid. q. 25
- Obseruans.*
- non Obseruans iuramentum metu graui extortum, peccat mortaliter. p. 78. q. 17
- Ostrictus.*
- Ostrictus debitis incertis non solum nomine proprio, sed etiam alieno potest illis non solutis Religionem ingredi. p. 222. q. 4
- Quod tamen verum non est si debitis certis sit adstrictus. ibid. q. 5
- Ostrictus ingenti ære alieno non impeditur ingredi Religionem, casu quo de præsentis non habeat bona ad soluendum creditoribus, neque sperat probabiliter in posterum habiturum. ibid. q. 7
- Quod idem dicendum est casu quo consentiat creditor, vel quia remittit debitum, vel quia accipit cautionem, aut etiam conditionem debitoris. ibid. q. 8
- Non tamen idem dicendum est de eo qui oneratus ingenti ære alieno non habet de præsentis vnde soluat, sperat tamen manens in sæculo breui acquirere vnde creditoribus satisfaciat. p. 223. q. 9
- Vide in verb. Debitor.*
- Occultans.*
- Occultans cum iusta causa bona sua fisco, & creditoribus, potest cum restrictione mentali respondere se ea non occultasse. p. 313. q. 16
- Operari.*
- Operari ex voto melius est cæteris paribus, quàm sine illo. ibid.
- Opus.*
- Opus in commutatione voti referat, à summo Pontifice vouenti impositum, non est referuatum, sicut ipsummet votum. p. 169. q. 113
- Opus ex voto factum melius est saltem extensiuè, quàm sine voto factum; immò & aliquando intensiuè. p. 359. q. 6
- Opus factum ex voto cum tristitia, & pœnitentia de voto emisso, est adhuc magis meritorium quàm si non fieret ex voto, dummodo in vouente adsit propositum seruandi votum. p. 360. q. 9

Index Sententiarum,

P

Paganus.

Pagani, Iudæi, & apostatæ à fide non possunt testificari contra Christianum. p.41.q.33
 Pagani qui nullum Deum cognoscunt vel admittunt, non sunt capaces iuramenti. p.44.q.44

Papa.

Papa optimè potest irritare votum alicuius Religiosi, transeundi ad strictiorem Religionem, si illi interdixerit ne tale votum emittat. pag.117. q.58
 Papa nequit directè irritare vota specialia aliquarum Religionum, quæ iuxta earum institutum emittunt. ibid.q.60
 Papa non potest regulariter loquendo irritare omnia vota Clericorum sæcularium, nec etiam Episcoporum. p.103.q.9
 Papa potest pro sua absoluta potestate conferre Abbatissæ iurisdictionem spiritualem, ac proinde facultatem dispensandi in votis, & iuramentis suarum monialium. p.180.q.157
 an Papa possit directè irritare omnia vota Christianorum; vide in verb. *Pontifex supremus.*

Parentes.

Parentes imprecantes mortem filiis, ne in futurum delinquant, vel quid turpe faciant, non peccant mortaliter. p.30.q.54
 Parentes nequeunt Religionem ingredi relictis in sæculo filiis in graui necessitate. p.133.q.21
 Parentes nequeunt Religionem ingredi si filij careant rebus ad educationem necessariis, etsi non sint in magna necessitate. ibid.q.22
 Et an idem dicendum sit, si filij adulti sint. ibid.q.23
 Parentes possunt Religionem ingredi, relictis filiis paruulis, committendo eos aliis probis viris educandos. ibid.q.24

Parochus.

Parochi validè possunt vouere ingressum Religionis sine licentia suorum Superiorum. p.354.q.19
 Et an possint mandare executioni tale votum inconsulto Episcopo. ibid.q.20
 Parochi nequeunt ex vi sui officij dispensare in votis aut iuramentis Deo præstitis, sicut possunt Episcopi. p.161.q.76
 Parochi residentiam necessariam habentes, possunt validè inconsulto Superiore votum peregrinationis emittere in casibus solùm, in quibus id possunt Episcopi inconsulto Papa. p.355.q.21

Pater.

Pater potest quæcumque filiorum vota, siue realia, siue personalia, siue mixta, etiam Religionis, & castitatis irritare. p.120.q.72
 Pater potest filij sui vota Deo præstita irritare, etiam si malitia suppleat ætatem impuberis. pagina 121.q.73.
 Pater potest irritare filij sui vota quæ retulit exequenda tempore pubertatis. ibid.q.74
 Pater potest irritare tempore pubertatis, vota filij emissa tempore impubertatis. ibid.q.75
 Pater nequit irritare vota aut iuramenta quæ filius impubes emisit, sed quæ deinde pubes factus confirmavit. p.122.q.76
 Pater potest irritare vota filij intra impubertatem emissa, licet ab ipso confirmata. ibid.q.78
 Pater potest irritare filiorum illegitimum vota, dum ipsi careant tutore. ibid.q.79
 Pater nequit filiorum puberum vota irritare, nisi

quæ suæ administrationi, & gubernationi præiudicauerint: quod etiam dicendum est de votis puellarum, etiam sub patria potestate existentium. p.123.q.81

Pater potest filiorum, & filiarum puberum vota irritare quæ patriæ potestati præiudicant. ibid. q.83
 Pater potest irritare omnia vota realia à filiis post pubertatem ante vigesimum quintum annum emissa. p.124.q.86
 Pater nequit irritare vota à filiis emissa post pubertatem, de bonis castrensibus, quorum dominium habent. p.125.q.87
 Pater potest irritare filij puberis vota, quæ principaliter sunt personalia, & realia accessorie. ibid.q.88
 an Pater possit irritare votum aut iuramentum filij puberis, de bonis aduentitiis emissum, quamuis nec vsufructum, nec administrationem habeat, vbi variæ responsiones. ibid.q.90
 an Pater possit irritare filij puberis votum, eundi Romam ad impetrandam absolutionem excommunicationis reseruata. p.126.q.92
 Pater nequit irritare vota realia filiorum puberum relata in tempus, quo filij erunt sui iuris. ibid. q.93
 Pater potest irritare vota filij in quacumque ætate emissa. p.127.q.97
 Pater nequit irritare vota realia filij, emissa post receptam ab Ecclesia benedictionem nuptialem attento iure Castellæ, quo filij per matrimonium receptis Ecclesiæ benedictionibus, eximuntur à patria potestate. p.128.q.100
 Pater professus in aliqua Religione nequit irritare vota aut iuramenta filij siue puberis, siue impuberis. ibid.q.101
 Pater dum est nouitius, potest irritare vota aut iuramenta filij manentis in sæculo. ibidem q.102
 Pater professus nequit irritare vota aut iuramenta filij, etiam si omnino eiiciatur à Religione: Neque etiam dum pater est professus, & filius simul professus. p.129.q.103. & seq.
 an Pater seruus possit irritare vota seu iuramenta filij siue serui, siue liberi. ibid.q.106
 Pater nequit irritare vota aut iuramenta filij emancipati. ibid.q.108
 Pater qui in Religione professus est, tenetur Monasterio egredi ad subueniendum extremæ eorum necessitati. p.23.q.26
 Non tenetur tamen exire absque petita, & obtenta legitima facultate sui Prælati, ad subueniendum graui filiorum suorum necessitati. pagina 134.q.27.
 Et an idem dicendum sit de aliis ascendentibus, & auis, proauis, &c. quando descendentes parentibus carent. ibid.q.28

Particula.

Particula *si*, adiecta modo vouendi aut iurandi, non semper facit votum aut iuramentum conditionatum. p.290.q.5

Peccatum.

Peccatum grauius est iurare verum per falsos deos, quam iurare falsum per verum Deum. pag.56. q.49

Peregrinatio.

Peregrinatio modica quænam censenda sit, vt licite possit Episcopus emittere, & exequi votum de ea facienda, inconsulto Papa, & Clericus residentiam necessariam habens, inconsulto suo Episcopo. p.356.q.25

Rerumque Notabilium.

Periurium.

Periurium est maius peccatum quam homicidium.

p. 55. q. 47

Periurium non est grauius peccatum quam parricidium.

p. 56. q. 48

Periurus.

Periurus meritò expellitur à testifiando in iudicio.

p. 38. q. 13

vt Periurus à testimonio in iudicio dicendo repellatur, non sufficit quòd talis sit notorietate facti, sed necessariò oportet, quòd sit conuictus, & in iudicio condemnatus.

p. 39. q. 14

Periurus nequit à iudice admitti ad iurandum in sua causa.

ibid. q. 15

Periurus debet in confessione exprimere circumstantiam iudicij, si periurium sit iudiciale. ibid.

Persona.

Personæ in sacris constitutæ, præter Episcopos, & Præbiteros, tenentur attento iure, tactis Euangelij, aut Scripturis iurare, in casibus in quibus iure exprimitur, iuramentum, tactis illis fieri debere.

p. 4. q. 11

Persuadere.

Persuadere non licet cuiquam vt iuret quis obiectum quòd quidem verum est, sed quòd ignorat.

p. 47. q. 10

Pœna.

Pœnæ variæ impositæ iure canonico, blasphemantibus siue laicis, siue clericis.

p. 32. q. 62

Pœnæ transgredientium votum non ambiendi prælationes impositæ in Religione Sanctissimæ Trinitatis.

p. 257. q. 45

Et an ad eas pœnas incurrendas requiratur sententia declaratoria criminis.

ibid. q. 46

Vide in verb. *obligatio.*

Pœna à iurante aut vouente sibi imposita in violationem voti aut iuramenti non ludendi, toties obligat quoties votum violatur.

p. 262. q. 23

Pœna voto non ludendi annexa, est de sola prima vice intelligenda, quando vel est grauissima, vel talis quæ iterari non solet.

p. 263. q. 24

Quòd tamen dicendum non est si pœna sit mediocris.

ibid. q. 25

Pœnitens.

Pœnitens non tenetur in confessione explicare quale iuramentum violauerit.

p. 9. q. 4

Pœnitens non tenetur, in confessione explicare qualitatem blasphemie in Deum.

p. 24. q. 20

Pœnitens tenetur in confessione explicare an blasphemia fuerit contra Deum, vel contra Sanctos.

ibid. q. 20

Pœnitens tenetur in confessione explicare an blasphemia fuerit contra B. Virginem, aut contra alios Sanctos.

ibid. q. 22

Pœnitens qui sæpius proposuit emendam, nec id fecit, non tenetur in rigore, acceptare aliquam pœnam, vel remedium, iudicio confessoris, pro singulis iuramentis temerariis, ad tollendam consuetudinem iurandi.

p. 59. q. 12

Pœnitens temerè interrogatus an tale, vel tale peccatum confessus sit, potest cum iuramento negare se illud confessum fuisse, subintelligendo ita vt interroganti explicare teneatur.

pag. 317.

q. 32

Pœnitens de voto à se facto cum intentione tamen illud adimplendi, non peccat mortaliter, neque venialiter, saltè directè contra votum.

p. 360. q. 8

Pœnitens vouisse Religionem, iusta interueniente causa suæ pœnitentis, non peccat, nec adhuc venialiter.

p. 360. q. 10

Pœnitens de voto à se facto, ita vt intendat illud non adimplere, peccat absolutè vel mortaliter, vel venialiter, secundum grauitatem, vel leuitatem materiæ promissæ voto.

p. 359. q. 7

Pœnitens se fecisse opera ad quæ ratione voti tenebatur, peccat mortaliter.

p. 361. q. 11

Pœnitens quòd hodie sit dies ieiunij, nullam committit culpam, dummodo cum illa pœnitentia retineat propositum ieiunandi.

ibid. q. 12

Pœnitens se professum esse, & tot annos in Religione vixisse, non peccat contra votum. ibid.

q. 13.

Pœnitentiarius.

Summus Pœnitentiarius Pontificis habet ordinariam potestatem dispensandi in votis, & iuramentis.

p. 156. q. 54

Pœnitentiarij, & alij Prælati qui iurisdictione Episcopali carent, nequeunt in iuramentis & votis Deo præstitis dispensare.

p. 160. q. 72

Pontifex.

an Pontifex supremus possit irritare vota Religiosorum transeundi ad strictiorem Religionem.

p. 116. q. 57

Vide in verb. *Papa.*

Pontifex supremus potest irritare votum alicuius Clerici sæcularis, pertinens ad res Ecclesiasticas.

ibid.

Pontifex supremus nequit directè irritare omnia vota Christianorum.

p. 103. q. 6

Pontifex supremus potest omnia vota simplicia Religiosorum, & monialium directè irritare.

p. 104. q. 12

Pontifex supremus verè habet potestatem ad tollendam, & relaxandam obligationem voti promissorij.

p. 144. q. 3

Pontifex supremus potest dispensare ex iusta causa, omnia iuramenta, & vota tam realia, quam personalia Deo præstita.

p. 153. q. 43

Pontifex supremus potest dispensare in solemnibus voto castitatis, emisso in susceptione sacrorum Ordinum.

ibid. q. 44

Et quid dicendum de voto castitatis emisso in solemnibus professione Religiosa.

ibid. q. 45

Pontifex supremus nequit dispensare vt Monachus ad tempus matrimonium ineat, & statim suscepta prole ad Religionem redeat.

pag. 154

q. 48

Pontifex supremus potest per seipsum dispensare in iuramentis, & votis à se quocumque tempore emissis.

p. 157. q. 68

Pontifex supremus potest in duobus casibus remittere obligationem iuramenti, aut voti facti in còmodum tertij, & ab ipso acceptati.

p. 186. q. 22

Potestas.

Potestas irritandi vota aut iuramenta, ortum habet à iure naturali diuino.
